969

HISTORIA CAROLI MAGNI

et sequentium Imperatorum usque ad Ludovicum Bavaricum

XIII^mi SAEC:

I.

No 72.

Historia Caroli Magni

Sec. XIV ini.

1

Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti et qui
ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates.
Danielis capitulo xii. In libris propheticis propheta Daniel qui spiritu
sancto illuminatus cognovit premia et dignitates diversorum hominum in
regno celorum pre ceteris hominibus commendat claritatem doctorum in hac vi-
te dicens quod in futuro tempore fulgebunt quasi splendor firmamenti [illegible]
[illegible] hii qui docti fuerint fulgebunt. Sed oportet quod tales sint ut erudiant
indoctos. Unde sequitur in predicta auctoritate et qui ad iustitiam erudiunt multos
quasi stelle in perpetuas eternitates. Illi autem ad iustitiam erudiunt multos qui
id quod noverunt de scripturis cordibus fidelium quanto lucidius et levius possunt
infundunt ut per huius declarationem scripture ipsis infuse declinent a
malo et faciant bonum. Ad quod et propheta in psalmo hortatur quoslibet fide-
les dicens Declina a malo et fac bonum inquire pacem et sequere eam.
Timeant ergo omnes illi qui id quod sciunt sollicite alios non instruunt
vel nimis difficulter exponunt cum ad hoc constituti sint per elemosinas
ipsis datas et per precium a scolaribus et sibi subditis susceptum ut ipsi sollicitudinem
doctrine quanto facilius possunt impenderent. Quanto enim plus noverunt tan-
to maiores penas in futuro sustinebunt si dolose vel negligenter illa
occultabunt. Unde et ait sanctus Gregorius in omelia quadam super matheum dicens
Lectio sancti evangelii fratres karissimi sollicite nos admonet ne nos qui plus — [illegible] accepisse
ceteris in hoc mundo aliquid cernimur ab auctore mundi gravius inde iudicemur.
Cum enim augentur dona rationes crescunt donorum et cetera. Huius et consi-
milibus sacre scripture dictis Hugo sacerdos de Rutling consideratis
ad utilitatem novellorum clericorum facilia dicta de variis materiis
diligenter cronicas diversas antea in diversis voluminibus sparsas et
dispendiose descriptas in metrum facile compegit et retorsit: et
precipue cronicas regum romanorum ut clarius infra apparebit. Ex pre-
dictis si diligenter consideratur patet que sit efficiens causa suscepti
operis, titulus, causa materialis et causa finalis eius. Causa formalis
sicut in aliis libris est duplex scilicet forma tractatus et forma tractandi.
Forma tractatus consistit in divisione libri in duos et illorum duorum librorum
divisione in capitula. Forma tractandi est modus agendi qui est positivus
divisivus, epylogaticus, et exemplorum positivus ut infra plenius patescet.
Dividitur autem iste liber primo in duas partes. In prima premittit prologum,

Ex Museo Petri Dubrowsky

Въ сей книгѣ перенумерованныхъ листовъ двадцать
три. — Помощникъ хранителя манускриптовъ
Александръ Ермолаевъ

siue materiam libri generalem. In ii parte prosequitur illam specialiter. ii pars ibi Ro-
ma post Christum. Prima pars dividitur in iii partes. In prima autem imponit titulum
libro suo. In ii parte causam eius tituli assignat. In tertia parte invocat di-
vinum auxilium sine quo nichil boni potest perfici. Prima pars in principio
libri. Est hec subscripta. ii pars ibi Cronica subscripta. iii pars ibi Assis
in hoc opere. ¶ In prima parte dicit quod hec est subscripta cronica [illegible]
quasi dicat liber iste vocatur cronica, ut titulus huius libri est Incipit cronica.
Cronica subscripta assignat causam quare iste liber vocatur sive intitulatur
cronica, et dicit. Cronica est descriptio temporis sive eorum que fuerunt in tem-
pore. Dicitur a cronos quod est tempus et icos scientia quasi scientia de tempore. Et quia iste
liber describit tempora regum romanorum et quedam alia incidentia sub regi-
bus eisdem facta, ideo digne vocatur cronica. [illegible]
probat illud cronographus. Cronographus dicitur a cronos quod est tempus et graphos
scriptura quasi descriptio temporis. ¶ Assis in hoc opere. In hac iii parte invocat di-
vinum auxilium et petit sufficientiam in hoc. ¶ Roma post Christum. In ista
parte prosequitur autem materiam suam in speciali. Et quia intendit tractare de re-
gibus romanis, primo premittit regnum romanorum, ab eo tempore quo roma
fuit per duos fratres scilicet Romulum et Remum edificata. In ii parte subiungit
regnum francorum per suos reges. In tertia parte descendit ad karolum regem
francorum qui primus inter reges francorum ascendit ad imperium romanum.
In iiii parte subiungit quod karolus per suam industriam induxit cives ro-
manos ut omnem auctoritatem quam antea habebant eligendi regem seu impera-
torem romanum traderent vii principibus in alemannia seu germania [illegible]
In v parte prosequitur descriptionem regum romanorum ab eo tempore quo digni-
tas electionis devoluta fuit ad germanos. Et sic prima divisio patet fieri in
quinque partes. Prima ibi Roma post. ii ibi Francorum regnum. iii ibi Sed
nunc ad karolum. iiii ibi Karolus imperium. quinta ibi Post karolum per succes-
¶ In prima parte dicit sic quod roma ante nativitatem Christi per septingentos et quin-
quaginta annos fuit edificata et ab eodem tempore usque ad karolum magnum
[illegible] usque ad annum domini dccc [illegible] cives et domini romani ele-
gerunt sibi ipsis reges vel iudices vel imperatores. Primum enim istorum
dictum nomen habebant hii qui dominabantur romanis. Unde notandum quod primo
roma gubernabatur regibus per annos ccxl [illegible] quibus ab urbe expul-
sis cum aliquo tempore fuerunt nimis miseri, Romani duos consules vel

iudices anno quolibet creaverunt, qui absoluti exconsules voca-
bantur. Hii romanam per annos cccclxviii gubernantes omnibus natio-
nibus plura intulerunt et una cum etate ac plus quieverunt. In in-
dictis nemini contra iusticiam pepercerunt. Unde scribitur quod Brutus [illegible]
consul qui britannicus vocabatur duos filios suos et duas uxoris
sue fratres, regis cesos securi occidit. De quo poeta: Natosque pate-
r nova bella moventes ad penam pulchra pro libertate vocabit. ¶ Deni-
que Iulius anno ab urbe condita septingentesimo [illegible] solus monarchiam
tenuit et annis v regnavit. Post quem octavianus augustus annis
lvi regnavit. ¶ Quare autem octavianus vocatus fuerit augustus
Beda venerabilis assignat dicens: Octavianus imperator et antonius sibi
invicem affinitate coniuncti sic inter se totius mundi imperium diviserunt
ut octavianus in occidente ytaliam, galliam et hispaniam, antonius vero
in oriente asiam, ponthum et affricam possideret. Antonius vero lasci-
vus et lubricus cum sororem octaviani in uxorem haberet ipsam repudi-
avit et cleopatram reginam egypti in uxorem accepit. Ob hoc in-
dignatus octavianus manu armata in asiam contra antonium perre-
xit et ipsum in omnibus superavit. Tunc antonius et cleopatra viden-
tes [illegible] fugierunt ac semet ipsos pre dolore nimio occiderunt. Egypti vero
regnum octavianus destruxit et romanam provinciam fecit. Inde
alexandriam perrexit et omnibus eam divitiis spoliavit et romam
ipsas transtulit. Unde in tantum rempublicam auxit ut pro uno
denario domus que prius pro iiii vendebatur. Quia igitur in tantum re-
publicam auxit, augustus primo omnium vocatus est. Unde ab eo omnes
augusti dicti sunt qui sibi in imperio successerunt. Sicut a iulio
cesare avunculo eius qui primus fuit imperator et cesar vocatus est
a cedo dicitur quod cecidit seu concidit suos adversarios vel quia cesus
fuit ab utero matris, omnes sibi succedentes cesares vocati sunt.
Unde et hunc mensem augustum qui prius sextilis dicebatur, quia
a martio sextus erat, pro suo nomine intitulavit vocans eum
augustum. [illegible] fuit augustus octavianus vocitatus. Sub isto octaviano cognomento augusto fuit [anno imperii sui xlii]
natus ihesus christus verus rex et deus de gloriosissima virgine maria.
Et fuit non solum in roma sed etiam in aliis terris [illegible]
ydola corruerunt

sibille. Omnis autem mulier futura predicens vocatur sibilla. Et sic erant
plures sibille que futura predixerunt, que in nativitate christi fuerunt completa.
Octavianus imperator ut ait Innocentius papa tercius universo orbe dicioni
romane subiugato, tantum senatui placuit ut eum pro deo colere vellent.
Prudens autem imperator se mortalem intelligens, eciam immortalitatis nomen
sibi noluit usurpare. Ad illorum ob importunam instanciam sibillam pro-
phetissam advocavit, scire volens per eius oracula si in mundo maior eo
aliquis nasceretur. Cum ergo in die nativitatis domini consilium super hac re con-
vocasset, et sibilla in camera imperatoris oraculis insisteret, in die media
circulus aureus apparuit circa solem, et in medio circuli virgo pulcherrima
puerum gestans in gremio. Tunc sibilla hoc cesari ostendit. Cum autem
imperator ad presentem visionem plurimum admiraretur, audivit vocem di-
centem: Hec est ara celi. Dixitque ei sibilla: Hic puer maior te est,
et ideo ipsum adora. Eadem autem camera in honore sancte marie postmodum
dedicata est, unde usque hodie dicitur sancta maria ara celi. Intelligens
igitur imperator quod hic puer maior se esset, ei thura obtulit, et deus
de cetero vocari renuit. Unde dicit Innocentius tercius quod tunc fons
aque in liquorem olei versus est, et erumpens usque in tyberim confluxit, toto
die illo largissime emanavit. Prophetaverat enim sibilla quod cum erumperet
fons olei quod salvator nasceretur, qui dum per unctionem suam in melius
redigeret et compateretur. Et in signum huius dicit Bartholomeus in sua
compilatione quod in nocte nativitatis vinee engaddi que producunt balsa-
mum floruerunt, fructum produxerunt et liquorem dederunt. Tercio ut dicit Inno-
centius tercius quod in toto orbe xii annis pax fuit sub octaviano augusto.
Igitur romani templum pacis pulcherrimum construxerunt et in illo statuam
sive ymaginem romuli qui primus romam condidit posuerunt. Consulentes igitur
ydolum appollinis quantum tempus duraret, acceperunt responsum: quousque
virgo pareret. Hoc audientes dixerunt: Ergo in eternum durabit. Impos-
sibile enim credebant quod umquam pareret virgo. Unde in foribus templi ti-
tulum hunc scripserunt: Templum pacis eternum. Sed in ipsa nocte qua
virgo peperit in bethleem christum, templum pacis in roma funditus corruit.
Et ibi est modo ecclesia sancte marie nove. Adveniente autem ipso dei
filio in carnem tanta pace universus mundus gaudebat ut toto orbe unicus

romanorum imperator pacifice presideret, quia illi omnes reges et imperatores
etiam in licitis et honestis iussionibus obediebant. Sed sicut nasci voluit
ut nos pace temporis et eternitatis converteret, sic voluit ut nativitatem eius
sua pax temporis illustraret. Cesar igitur augustus universo presidens orbi scire vo-
luit quot provincie, quot civitates, quot castella, quot ville, quot homines in toto orbe es-
sent, ut dicitur in historia scolastica, iussitque ut omnes homines ad urbem unde
traxerant originem pergerent, et quilibet denarium argenteum qui valebat decem
nummos usuales, unde et denarius dicebatur, presidi provincie tradens se subditum
romano imperio profiteretur. Nam et nummus ymaginem preferebat cesaris et
superscriptionem nominis. Dicebatur autem professio et descriptio, sed diversa consi-
deratione. Professio enim dicebatur quod quilibet quando reddebat presidi provincie censum
primo denarium illum qui sic vocabatur ponebat super caput suum et pro-
prio ore profitebatur se subditum romano imperio. Unde dicebatur professio, id est
propria oris fassio, et fiebat coram omni populo. Descriptio autem dicebatur quia
numerus eorum qui censum capitis solvebant certo determinabatur numero et redi-
gebatur in scriptis. Unde dicitur in evangelio luce: Exiit edictum a cesare augusto
ut describeretur universus orbis. Hec autem descriptio prima facta est a preside syrie ci-
rino. Prima quod forsitan prima capitum in civitate fiebat a preside, [illegible] secunda
in regione, tercia regionum in urbe coram cesare. Joseph autem cum esset de genere
david, a nazareth in bethleem profectus est. Cum autem beate marie tempus prope
instaret et ipse de suo reditu nesciret, eam secum assumpsit, et in bethleem secum
duxit, nolens thesaurum sibi a deo commissum in alienis manibus dimittere, sed ipse
volens illum cura pervigili custodire, ut [illegible] sibi dessem-
sata. Cum igitur ambo bethleem venissent et quia pauperes erant et quia omnia hospi-
cia alii qui propter hoc ipsum venerant occupaverant, nullum hospicium habere poterant. De-
verterunt igitur in communi transitu, qui ut dicitur in historia scolastica erat inter duas do-
mos operimentum habens quod diversorium dicitur, sub quo cives ad colloquendum vel convescen-
dum in diebus ocii vel aeris inclemencia divertebant. Ubi forte joseph presepe bovi
et asino fecit, vel secundum quosdam rustici cum ad forum veniebant animalia sua ibi
ligabant, et ideo presepe ibi constructum erat. In ipsa igitur nocte media die dominica
cum beata virgo peperit filium suum et in presepio reclinavit super fenum [illegible]
autem bos et asinus [illegible]. Quid est quod nascituro domino mundus describitur
nisi hoc quod aperte monstraretur quia ille veniebat in carne qui electos suos ascri-
beret in eternitate. Alia multa posset dici, sed hoc ad declarationem textus sufficiat.

D. Nati[illegible]

Armenorum regna. In hac parte tractat auctor de regno francorum
aut postmodum eo rationabili imperium romanorum cum regno francorum con-
nectit. Sciendum quod regnum francorum est antiquius regnum quam precesserit incar-
nationem christi, in quo regna olim erat rex quidam nomine Brennus qui edi-
ficavit Senonensem civitatem, unde et ab ipso denominatur. Aquisgrani insuper
rex nomine Alcus olim imperabat francis qui genuit filium nomine pala-
cium sub quo fuit traditus rex ihesus christus. Deinde successive habuit reges gen-
tiles usque ad regem Clodoveum qui primus inter reges francorum suscepit
sacrum baptismum et fidem christianam anno domini cccc octogesimo. Antea enim
pauci christiani erant in regno francorum et pauci christiani qui non tunc ut
nunc intendebant avaricie et ambicioni sed fideliter insistebant doctri-
nis christi fidelium et optimis pollebant exemplis. Dicit autem auctor quod cum
destructa esset troia quidam dux venit ad partes terre que vocabatur franc-
et ille primus fuit electus in regem a quo terra vocata fuit francia et
ipse francus et regnum francorum regnum. Et scribit quod eadem terra cum reges fran-
corum dominabantur multa habuit nomina quorum quatuor ponit in littera que certis
rationes declarat. Vocabatur enim alemannia, teuthonia, germania et franco-
nia. Alemannia vocata fuit a quodam lacu qui vocatur alemannus iuxta
quem lacum multi homines primo eiusdem terre cultores morabantur unde
et adhuc illis nomen est commune aliis nationibus. Germania vocabatur germania quo-
niam olim destructa duo fratres ex illa terram istam intrabant post modum reg-
naverunt in illa et quia duo fratres germani vocantur ideo terra fuit dicta
germania. Teuthonia vero dicta est teuthonia quia olim tempore gentilitatis homines eiusdem
terre adorabant deum nomine teuthonum ideo vocata fuit tunc et nunc
teuthonia. Francia vero cum olim omnes terre fuissent subdita et subiecta romanis
homines eiusdem terre habebant quandam specialem libertatem a principibus romanis.
Et quia francus idem est quod liber ideo dicta fuit francia. Sed cum duo
in terra que adhuc vocatur francia habitantes specialem quandam habuerunt
libertatem ideo pro certis prioribus nomen servabant ut francones dicti liberi
vocarentur. Sciendum est autem quod terra que nunc vocatur francia olim gallia (r gallia)
vocabatur et habuit specialem regem quem regem rex francorum bello
devicit, et populum eiusdem terre occidit et in exilium relegavit. Posuitque i-
bidem terram homines sue terre qui franci vocabantur. Quapropter gens ibi existens
franci sunt in terra illa genita francigena sunt nominati et ex ea terra francia.

4

et illa terra ab eodem tempore usque ad ludovicum filium karoli magni fuit re-
gno francorum incorporata et regnum galliarum seu francie cum regno
francorum fuit unum. Sed post predictum ludovicum romanum imperatorem qui
tres genuit filios scilicet lotharium ludovicum et pipinum regnum iterum fuit
divisum ut clarius postea patebit. Dicamus nunc de karolo. Hic autem
tractat de karolo magno qui primo fuit rex francorum xxxiii annis
et postmodum factus fuit romanorum imperator. Possent autem ista que in primis
vindicari quod dictiones hic obmittuntur ut sibi lector eo plus studio et sub-
tilitati intendat, cum inter ceteros in disciplinis scolasticis optimus sit in-
tellectus. Flores de karolo ma-
gni semper veri inventis et nunquam inmemoriis. Flores de karolo ma-
gno quod licet in diversis cronicis diversa scribantur de illo magis cum lucide
in libro qui vocatur speculum historiarum qui pro magnitudine sui divisus est
in libros ... in eiusdem speculi libro
xxiii libros eius gesta declarant. Debet enim in eiusdem speculi libro
xxv quod karolus erat corpore decorus sed ferus visu statura eius erat octo pedum
suorum qui erant longissimi, renibus erat amplissimus ventre congruus brachiis et
cruribus grossus miles doctissimus et fortissimus in omnibus membris facies eius
longitudinis habebat palmum et dimidium, barba unum pedem, nasus circiter
dimidium, frons erat unius pedis, oculi leonini scintillantes ut carbunculus
supercilia dimidii palmi. Quandocumque iratus aperiebat oculos ...
tus erat. Cingulus quo cingebatur octo pedibus extendebatur preter illud quod
dependebat. Parum panis comedebat sed quartam partem arietis aut gallinas
duas aut anserem unum aut spatulam scapula porcinam aut pavonem aut
gruem aut leporem integrum edebat, modicum vini et aqua limphatum sobrie
bibebat. Tante fortitudinis erat quod militem armatum super equo sedentem
a vertice capitis usque ad bases simul cum equo uno ictu spata sua secabat.
quatuor ... seu ferra equorum simul manibus facile extendebat.
militem armatum recte stantem super palmam suam a terra usque ad caput suum
sola manu velociter elevabat. Erat et donis largissimus in iudiciis
rectissimus in locutione clarus seu luculentus. Cum ... tradita ...
anno ... honore ... Liberos quoque suos ita censuit instituendos
ut tam filii quam filie primo liberalibus studiis quibus et ipse operam dedit erudi-
rentur. Filios quoque suos cum primum etas pateretur more francorum equitare et
armis atque venacionibus exerceri fecit. Filias quoque lanificio assuescere colo
quoque ac fuso ne per ocium torpescerent operam impendere atque ad omnem honesta-
tem erudiri iussit. Cum quod semper studium litterarum amasset tepebat et ipse

De karolo magno.

met scribendi tabulasque solebat ut cum vacuum tempus esset manum litteris
assignandis assuesceret. ¶ In palatio aquisgrani basilicam plurime pulchri-
tudinis in honore beate marie virginis extruxit quam et divinis et honorabi-
libus perpulchre stabilivit. Regnum quoque francorum cum post patrem suum pipinum
tam quidem magnum suscepisset, ita nobiliter ampliavit et dilatavit
ut ei duplum adiceret. ¶ Hinc laudabilis adiungit autem lauda-
bilis facta karoli quod postquam cum adepte esset rex francorum liberavit ci-
vitatem sanctam a sarracenis iuxta divinam revelationem. De qua liberatione scribit
sic egregius doctor helinandus ut dicitur in speculo historiali. Legitur eo
tempore quo karolus senis fuit rex francorum. Patriarcha ierosolimitanus
de civitate expulsus a paganis venit constantinopolim ad impera-
torem constantinum septimum filium leonis imperatoris. et cum eo iohannes nea-
polis et david ierosolimitanus archipresbiter quos ille ad karolum misit cum
epistola iohannis patriarche manu ipsius constantini scripta et cum duobus
presbiteris sunt duo legati hebrei ysaac et samuel. In cuius epistole
ultima parte scriptum erat. Quadam die nocte in extasi fuisse videbar
ante lectum meum iuvenem quemdam stantem qui me blande vocans palal-
lum tetigit et ait. Constantine rogasti dominum auxilium ad hanc rem.
Ecce accipe karolum magnum regem gallie, certe in domino pugnato-
rem. et ostendit mihi quemdam militem armatum et ocreatum et loricatum
scutum rubeum habentem, ense percinctum cuius manubrium erat purpureum,
hastam altissimam cuius cuspis sepe flammas emittebat. et in manu eius
tenebat cassidem auream. et ipse senex prolixa barba vultu decorus
statura procerus cuius oculi fulgebant tamquam stelle. et canis caput
albescebat. Age iam auguste. Cum iussionibus dei refugit ole-
dire nimis potens culpa custode. In domino gaude memor eius fuge
laude et cetera. Hic ipse constantinus septies expulerat paganos ab iero-
solimis sed tandem prevaluerunt. ¶ Hii legati regem parisius inve-
nerunt. et epistolas tradiderunt. Quibus perlectis rex lacrimari
cepit pro sepulcro domini. Has epistolas iussit rex exponi turpi-
num archiepiscopum coram omni populo quibus auditis omnes pro iussa regem
perhibuerunt. Quo audito rex edictum proposuit ut omnes qui possent
arma ferre venirent secum contra paganos. et qui non venirent ipsi et filii
eorum servi generis memoria tenerentur. Itaque maiorem exercitum quam umquam
antea habuisset congregavit et profectus sunt. Cum venissent autem ca-

iter fecit in nemore quodam qui vix duorum dierum spacio solet transiri. in
quo erant grifones ursi leones tigres et alie fere diverse. Karolus
putans se illud transire uno die ingressus est cum exercitu. Adveniente nocte
et exercitu errante precepit karolus castra metari. Transacto autem noctis
silencio rex in lecto suo decubans inchoavit psalmos et cum diceret hunc
versum. Deduc me domine in semitam mandatorum tuorum quia ipsam volui.
Ecce ad aures eius vox cuiusdam alitis prope lectum eius clamantis audita est.
Ceteri qui adhuc audientes experrecti sunt. Rex autem continuavit psal-
mos usque ad illum locum. Educ de custodia animam meam ut confitear
nomini tuo, me expectant iusti donec retribuas mihi et cetera. Quo versu cum diceret
ales iterum clamavit. Francte quid dicis francte quid dicis. Hanc autem
perscrutatus est rex populus semitam donec recognovit callem quam die preterito
amiserat. Peregrini dicunt quod ab illa hora cepit audiri aves sic lo-
quentes in illa terra. Fugatis paganis et recuperata terra, petiit rex li-
centiam repatriandi ab imperatore constantinopolis et ierosolimitano pa-
triarcha. Quem per unum diem retinuit imperator constantinopolitanus et multum
fecit parari aurum preciosos lapides alia diversi generis et coloris et aurum et
gemmas. Karolus autem ne muneribus videretur sic nichil accipere, consuluit eo
silium a proceribus suis quid facere deberet. Qui responderunt nullo debere aliquod
munus accipere pro labore quem pro solius dei amore susceperat. Cuius laudans
consilium iussit omnibus suis ut omnes res appositas nec aspicere dignarentur.
¶ Tandem devictus et coactus aliquod munus pro dei amore accipere petiit
de reliquiis passionis domini. Ameo sancto consilio indictum est ieiunium te-
iuvenum omnibus suis. et xij personis grecis que electe sunt ad hoc scruti-
nium dandum. Tercia die karolus peccata sua confessus est ebroino archi-
episcopo. Deinde neque clericos primos cum letania inchoavit. Leo autem
constantinus clausit preciosissimas reliquias in archa vili sed alias in scri-
neis aureis et gemmatis. Karolus autem premonitus ab angelo cum meretur
priores deberet unum eligere relictis aureis arripuit archam vilem. Cum
autem daniel neapolitanus antistes aperuisset thecam in qua erat spinea
corona tantus odor exiit exinde ut omnes putarent se in paradiso esse.
¶ Tunc karolus prostratus in pavimentum plenus fide oravit dominum ut pro
gloria nominis sui miracula sue passionis et resurrectionis renovaret. Et
cum orasset statim ros celicus veniens lignum infudit et inebriavit et flores
emittere fecit. Tantaque lux cum odore affuit ut omnes vestimenta sua

celestia esse putaret. Cumque daniel robur ipsius ligni sancte crucis
scindere inciperet tunc magis ac magis florere cepit. Tunc karolus
in arboreo pallio quod ad hoc preparaverat suscepit de floribus et implevit
wantum suum dextrum. Deinde aliud wantum ad suscipiendas spinas pre-
sens tradidit illud cum floribus ebroino archiepiscopo. Cumque utriusque ocu-
li pre lacrimis impediti essent ille putans se accepisse et iste tradidisse
utrisque wantum deest vas vel capsa deliquit qui fere unius hore spa-
cio pependit in aere. Cumque aliud wantum rex spinis implesset et
illud tradere voluisset invenit illud pendere in aere. Post hec cum flores de
wanto educere cuperet conversi sunt in manna et hoc manna in ecclesia parisius ad sanctum
dyonisium [illegible] quam multi putant esse de manna antiquo quod pluit dominus
in deserto. Mirum est qui ibi aderant ad odorem florum sanati fuerunt.
His itaque gestis ecce verbi infirmus ad ecclesiam volens intra-
dam ire cepit. Vere hodie est resurrectionis dies. Ita odor de floribus exi-
ens totam civitatem constantinopolim implevit et ccc et unum egros sa-
navit. Quidam eger ibi erat xiii annis et tres menses huius infirmi-
tatis sue cecus surdus et mutus hic in extractione spinee corone visum re-
cepit, in sectione auditum, in emissione florum loquelam. Post hec presbiter
daniel unum clavum manibus clementis regi tradidit. Cum cum de ala-
bastro in quo absconditus erat abstraheret, sanctus est pro quodam latere sim-
strum huius ab uno mirus tridiu et currit ad ecclesiam dicens quod cum ho-
ra nona lecto iaceret quasi in extasi positus vidit sibi visum est quidam
clavum fabrum adunca forcipe extrahere a sinistra manu sua et sinistro pede
sibi tridis clavum et a latere lanceam. Dedit sibi presbiter karolo frustum
crucis domini et domini sudarium et camisiam beate marie et fasciam qua puerum
ihesum in cunabulis cinxit et brachium sancti senis simeonis. Que omnia vero
dies in sacco de balsamino coopertorie fecit et ad collum suum suspendit ad in-
star pere. Veniens autem ad castrum nomine lignmedo puerum mortuum per illarum
reliquiarum suscitavit et quingenta [illegible] ceteros ubi curati sunt.
Ibi sedet karolus sex mensibus et uno die. Devenerunt autem eo ad sepul-
turam sancti cum omnium februaries, unum dum onoresi, xii leprosi, paraly-
tici xv, clauda xviii, manci xxx, gilbosi liii, caduca lxv, guttenosi plures.
Et ex inventis locis quoque plures. Deinceps invenit per totum orbem ut sepibus
inmunes veniret assignavit inde reliquias quas de ierlm et constantinopoli
adduxerat quos priusque pater suus confecerat. Et statuit ibi ut semper feria
quarta ieiunium unum et in mense unum fieret indictio istarum reliquiarum

In hoc concilio fuit leo papa et turpinus archiepiscopus et achilleus alexandrinus
et theophilus antiochenus et alii plurimi episcopi et abbates. Ibi et suscitavit a morte
iussit ac egros. Cum karolus plurima regna suo subiecisset imperio in hispa- *hispanie*
nia et reversus fuisset in gallia, quidam rex paganorum affricanus ecclesias et oc- *destruit*
sis custodibus oppidorum et urbium quas karolus acquisierat. Quibus auditis karolus
cum magnis exercitibus in hispaniam reversus est. Cum autem apud baionam urbem
basclorum exercitus karoli hospitatus esset, quidam miles Romaricus nomine egro-
tans morti proximus acceptis penitentia et eucharistia cuidam consanguineo suo
precepit ut equum quem habebat venderet et pretium clericis et egenis daret. Ille
mortuo consanguineo equum centum solidis vendidit et pretium cibis potibus
et vestimentis velociter expendit. Transactis autem xxx diebus apparuit
ei mortuus nocte in extasi dicens. Quoniam res meas pro redemptione anime
mee in elemosinam dandas commendavi quod non fecisti. Scias deum omnia
mea in dimisisse. Sed quia iniuste elemosinam meam retinuisti scias me xxx
diebus in penis tartareis fuisse et tu in eodem loco infernali unde
exiturus es cras ... et me in paradiso futurum. Quibus dictis de-
cessit die crastina procedente et me in paradiso fuisse. Quibus dictis de-
spiravit. Tremefactus ille evigilavit. Et cum eodem die narraret que
cuius suus sopnium suum, ... sociis ... clamor in aere velut leonum lu-
porum et ursorum. Et ecce ille subito raptus est a demonibus in loco divino
indicio sibi destinatum. Quesitus a sociis iam xii die super quandam rupem
altissimam mortuus iacens toto corpore colliso inventus est. Quam mansionis iter distabat
dietis a loco in quo raptus fuit. Ibi eum demones proiecerant dietas longis
in altum super mare. Generales reges. Cum karolus imperator demo
hispaniam cum maximo exercitu intrasset, multos reges sarracenorum sibi s...
iecit imperio. Inter quos fuit unus rex potens nomine agolandus qui man-
davit karolo bellum secundum velle suum ut xx contra xx aut xl contra xl
vel centum contra centum aut duos contra duos sive unum contra unum. Karolus
autem didicit linguam sarracenorum cum esset iuvenis apud tholetum. Veni-
ens agolandus ad colloquium cum karolo postquam plures pugne inter ipsos essent
habite et multa ex utraque parte occisi, datis treugis invenit pactum quod ille
quorum milites vincerentur meliorem legem ... sequerentur, optime ...
sub hoc pacto xx milites christiani contra xx sarracenos et victi sunt
sarraceni. Deinde xl contra xl et victi sunt sarraceni. Deinde centum
contra centum et vicerunt christiani. Sic cc contra cc et victi sunt omnes sarra-
ceni. Tunc agolandus affirmat legem christianorum esse meliorem statuit
ut in crastinum baptisaretur. In crastinum ... hora ... treuga

eundi et redeundi venit Aigolandus ut baptizaretur, et vidit Karolum ad mensam
sedentem, et inspexit ordines sedentium, inter quos erat quidam in militari habitu,
quidam in canonicali, quidam in monachali, et interrogavit de uno quoque ordine.
Videns autem quendam prope xiii pauperes in miserrimo habitu ad terram sedentes sine
mensa et linteaminibus, parvo cibo et potu utentes, quesivit qui essent. Cui Ka-
rolus: Hec est gens Dei, nuncii domini nostri Ihesu Christi, quos sub numero xii apostolorum
cotidie pascimus. ¶ Ad hec Aigolandus: Equale domino suo servit, qui sic nun-
cios domini sui recipit. Qui circa te resident felices sunt et feliciter bibunt
et comedunt et induuntur, et nuncii Dei tui fame et frigore pereunt, et lon-
ge a te turpius sunt positi. Consignat verecundiam facit deo suo qui famulis
eius ita servit. Legem tuam quam dicebas esse bonam nunc ostendisti falsam.
Et accepta licencia scandalizatus rediit ad suos, et baptizari renuens
mandavit ei bellum in crastinum. Tunc intelligens Karolus quare noluit
baptizari, omnes pauperes quos in exercitu invenit diligenter procuravit et op-
time induit, et cibum et potum honorifice illis ex more tribuit. In crastinum
fuit cedes tanta paganorum occiso Aigolando quod christiani usque ad talos
in sanguine natabant. Quinque autem in urbe Pampilonia de adiutoribus
Aigolandi inventi sunt interfecti sunt. Rex Sibilie et rex Cordube cum pau-
cis fugiunt, ceteris regibus qui venerant in adiutorium ~~Karoli~~ Aigolandi occisis.
¶ Turpinus clarus. Dicit autem quod Turpinus archiepiscopus Remensis et Rolandus
comes Cenomannensis filius sororis Karoli ipsi Karolo fidelissime astiterunt
in cunctis factis suis. ¶ Tristicia sed plurima. Postquam Karolus occidit Aigolandum
cum suis, duo reges Sarracenorum, videlicet Marsirius et Beligandus fratres mis-
si de Perside a rege Admirando Babilonis, Karolo se subdiderunt, simulantes
ei in caritate ficta. Quibus mandavit Karolus per ducem nomine Ganalo-
num quem putabat sibi et omnibus fore fidelem, ut aut baptismum susciperent
aut tributum ei redderent, qui miserunt ei xxx equos oneratos auro
et argento ceterisque gazis hispanicis, et ccc equos oneratos vino dul-
cissimo et puro pugnatoribus ad potandum, et mille formosas Sarracenas.
Ganaloni autem xx equos oneratos auro et argento et palliis fraudu-
lenter optulerunt, ut pugnatores Karoli in manus illorum traderet. Qui pe-
cuniam accepit et concessit, et firmavit cum eis factum proditionis. Maiores
pugnatores vinum solum acceperunt, mulieres nullatenus, quas minores su-
sceperunt. Tunc consilio Ganaloni transiit portus Ciserei, et fecit ulti-
mam custodiam de karis suis principibus Rolando et Olivero cum mino-
[illegible]

ribus pugnatoribus in Runciavalle, et cum xx milibus christianorum. Tunc Mar-
sirius et Beligandus cum quinquaginta milibus exierunt de nemoribus et col-
libus ubi consilio Ganalonis duobus diebus et noctibus duabus latuerant,
et fecerunt duas turmas, unam de xx milibus et aliam de xxx. Prima
xx milium cepit primum percutere christianos qui Karolo erant cum Rolando.
Qui conversi ceciderunt eos a mane usque ad terciam, et nec unus quidem ex
xx milibus duorum regum evasit. Statim vero illos tanta cede fatiga-
tos invaserunt alia xxx milia, et percusserunt eos a maiore usque ad
minorem. Et ideo contigit eis quia precedentibus noctibus vino saturati
ebrii plures coierunt cum mulieribus paganis et christianis quas
etiam secum multi de Gallia adduxerant, fornicati sunt. Ibi igitur omnes
pugnatores interfecti sunt preter Rolandum et Baldewinum et Tedericum.
Deinde irruit Rolandus in regem Marsirium et occidit ipsum. Qui Rolan-
dus pessime cum iiii perfossus lanceis nimiis fatigatus mortuus est.
Et cum vellet mori, inter cetera verba tenens pellem et carnem suam circa
mamillas et corpus dicebat: Et in carne mea videbo dominum salvatorem
meum. Et mittens manus suas super oculos similiter eisdem verbis ait: Et
oculi isti conspecturi sunt. Sicque tradidit spiritum dicens: Iam Christo dona-
te intueor quod oculus non vidit nec auris audivit et in cor hominis non ascen-
dit, quod preparavit deus diligentibus se. Et orationem fudit pro omnibus qui
erant mortui in bello. Obiit xvii kal. Iulii. ¶ Quorum tunc anime.
Scito quod eodem die quo hec pugna facta fuit, Karolus recessit per aliqua
miliaria ignorans factum belli. Turpinus autem legens missam coram Ka-
rolo pro defunctis in qua missa raptus per angelum videbat ea que facta sunt.
Unde in libro xxo speculi historialis scribuntur ea que scribuntur de Turpino
in hunc modum. ¶ Eodem die dum ego Turpinus canerem missam pro defun-
ctis coram rege in valle Karoli, raptus in extasi audivi choros in ce-
lestibus cantantes, ignorans quod hoc esset. Cumque illi ad alta transirent, ecce
turma tetrorum militum quasi de rapina rediens predamque ante me
ferens transiit. Quibus dixi: Quid fertis? Nos, inquiunt, Marsirium
portamus ad inferna, tubicinem vero cum multis Michahel fert ad super-
na. Tubicinem vocabat Rolandum qui cum tuba eburnea convocabat
sepius turbas ad bellum contra paganos. Hanc visionem dum post missam

refert Karolo. Ecce Beldwinus super equo Rolandi veniens nar-
ravit omnia et qualiter Rolandum relinquebat in campo mortuum. Fuit
enim cum illo in morte, sed non narravit de proditione Ganalonis qui
Ganalonus versabatur cum Karolo quasi fidelissimus amicus. Mox omnibus
clamantibus in celum et retro redeuntibus, prior Karolus Rolandum ex-
animatum invenit iacentem supinum, brachiis super pectus in modum cru-
cis positis. Et super eum ruens ingemuit clamore magno et ibi
illa nocte tentoria sua fixit, et corpus eius mirra et aloe et balsa-
mo condivit, et circa eas magnas per vices luminaribus et ignibus pro hono-
re accensis tota illa nocte excubias peregit. In crastinum summo mane
perrexerunt ad alios fratres occisos, quos omnes honorifice tumulaverunt.
¶ Post horum mortem, Vincentius in Speculo historiarum libro quo supra. ¶ Tunc
flentibus omnibus invitavit rex per regem omnipotentem quod non cessaret post
paganos currere quousque illos inveniret. Mox eo post illos currente
cum sua tamen militia, sol stetit inmobilis et prolongata est ille dies
spacio trium dierum. Et invenit eos iuxta flumen nomine Ebra iuxta civi-
tatem Cesaraugustam iacentes et comedentes, et irruens super eos occi-
dit quatuor milia. Et rediit ad Runcievallem. Et tunc aliqui dixerunt quod
Ganalonus ordinasset proditionem. Tunc cepit rex inquirere si verum esset
quod dicebatur Ganalonem proditionem fecisse, quem accusavit Teodericus.
Mox rex iussit Ganalonem quatuor equis fortissimis alligari, et super eos sede-
re quatuor sessores agitantes contra quatuor plagas celi. Et sic decerptus periit.
¶ Hic non de Josue quem autem hic introducit quod fuit dux filiorum
Israel post Moysen, qui oravit Dominum cum filii Israel pugnarent contra
paganos ut dies prolongaretur. Et tunc eius precibus stetit sol fixus in celo,
ita quod unius diei spacio duorum dierum prolongabatur, ut scribitur in libro
Josue capitulo ix. Sed tunc hic maius miraculum quod unius diei spacio trium die-
rum protelabatur. ¶ Post hec parisius. Postquam congregatum est concilium parisius
apud sanctum Dionisium, ut ibi ageret Karolus gratias Deo et sancto Dionisio de sub-
iugata gente pagana, et omnem Galliam dedit ecclesie sancti Dionisii in
predium, sicut antea Paulus apostolus et Clemens papa sancto Dionisio eam dederant
commiserunt. Et precepit ut omnes reges Francie et episcopi presentes et futuri pa-
stori illius ecclesie subiecti essent et obedientes in Christo, nec reges sine eius
consilio coronarentur, et episcopi ordinati apud Romam recepti essent. Et post

plurima dona precepit ut eidem ecclesie unusquisque possessor uniuscuiusque domus
tocius Gallie quatuor nummos annuatim ad edificandam ecclesiam daret, et omnes
servos qui hos nummos libenter darent manumisit. ¶ Tunc stetit Karolus iuxta
corpus sancti Dionisii et oravit ut pro illis intercederet ad Dominum qui in Hispania
mortui erant, et pro salute illorum qui libenter nummos dabant. Eadem nocte
proxima Karolo dormienti apparuit sanctus Dionisius eumque excitavit dicens:
Illis qui in tua moritione et exemplo tuo animati in bello Sarracenorum
mortui et morituri sunt, omnium delictorum suorum impetravi veniam. Et
illis qui ad edificandam ecclesiam nummos dant et dabunt sunt gravium
vulnerum suorum medicina. ¶ Huius ergo regis in crastinum relatis, populus devotissime
nummos offerebat. Et qui libenter reddebat Francus sancti Dionisii vo-
cabatur ubique et erat liber ab omni servitute regie potestatis. Inde mos
surrexit ut Gallia Francia vocaretur. Francus enim liber dicitur, et ideo quia
super omnes alias gentes illis decus et dominatio debetur quod pugna preerant.
Et sic non solum ut erat principium libera dominis Gallia erat vocata Francia
a Francione sed et ex eo quod Karolus ibi fecit plures Francos vel liberos.

Karolus imperium obtinuit. Quod autem Karolus dignitatem electionis
regum Romanorum tulit a Romanis cum consensu Stephani pape vel Leonis
et consensu principum Romanorum qui cum Karolo commiserunt electionem
vii principibus in Germania, ita tamen quod iidem principes utuntur privilegiis
sibi super electione predicta traditis et commissis eo modo sicut longe-
va privilegia. Quod privilegium meretur amittere qui concessa sibi abutitur
potestate. Sunt autem hii septem principes electores tres archiepiscopi scilicet
Maguntinensis, Treverensis et Coloniensis, quorum quilibet est cancellarius regis
Romanorum futuri imperatoris. Et quatuor laici seculares principes scilicet mar-
chio Brandenburgensis, Palatinus Reni, Dux Saxonie et Rex Bohemie,
quorum officia sufficienter patent in libris.

Post hec sic scribitur. Anno imperii sui xiiii Karolus imperator glorioso regno et
imperio suo pacato et dilatato, statutisque ecclesie sancte religiose ordinatis,
moritur et sepelitur Aquisgrani anno etatis sue lxxii. Cuius per magni-
tudinem operum agnoscitur esse magnus. ¶ Habuit autem Karolus tres filios vide-
licet Karolum, Pipinum et Ludovicum. Habuit et tres filias Rotrudem,
Bergam et Gillam. Habuit quoque duas alias filias de Fastrada uxore sua.
¶ Cum autem Karolus fine vite sue esset, imminente Ludowico filio suo quem
Aquitanie regem dudum ordinaverat coronam imperialem dereliquit.

Refert vero Turpinus archiepiscopus de morte Karoli sic scribens in speculo
historiali lib. xxv. Ego Turpinus eram apud Viennam in ecclesia ante altare orans
Et cum raptus in extasim psalmum Deus in adiutorium meum intende cantarem vidi tet-
rorum spirituum agmina infinita preire, et tendere Lotharingiam quos omnes quasi
sicut ethiopes longe insequebatur lento gressu. Cui dixi: Quo tenditis?
Aquisgrani inquit ad mortem Karoli, ut eius spiritum ad tartara rapiamus.
Tunc ego adiuro te per nomen domini nostri Ihesu Christi ut peracto itinere ad
me redeas. Tunc modicum morati vix expleto psalmo ad me redie-
runt eodem ordine, et dixi novissimo cum primum locutus fueram: Quid egisti?
Galecianus inquit sine capite tot et tantos lapides et ligna in
basilicis suorum in suam stateram suspendit, quod magis appendunt
bona eius quam mala. Et ideo animam eius nobis abstulit. Et hiis dictis evanuit.
Obiit autem Kal. Februarii. Sepultus est Aquisgrani in ecclesia rotunda beate
virginis. Ab ipso vero tempore quo ab Hispania discessit usque in diem mortis sue
assidue egrotavit. Et pro salute predictorum in Hispania mortuorum scilicet Rolandi
et aliorum suorum die anniversaria eorum semper xii milia uncias argenti
et totidem talenta auri et vestes et cibaria pauperibus erogavit. xvi kal.
Iulii et totidem psalteria et missas et vigilias cantari fecit. In predicto autem
intelligitur ex quo quis ecclesiam edificat regnum dei sibi preparat. Karolus
autem totam gentem Hispanie et Galatie fecit subditam, et tributariam sancto
Iacobo. Qui edificavit ecclesiam apud urbem Biterensem et aliam apud
Tholosam, et unam in Gasconia, et unam Parisius. Preter ecclesiam quam edificavit
beate virginis Aquisgrani in qua est sepultus. Et preter has abbatias ditavit per
totum mundum. Ut scribit cronographus et quidam referunt ut in predicto libro
speculi historialis legitur. Sepultus est igitur Aquisgrani in formosissima
toto Romanorum orbe capella honorificentissime Karolus, super cuius
tumulum extructus est arcus deauratus. Interfuerunt ibi Leo papa
cum principibus Romanis, et archiepiscopi et episcopi multi, duces etiam et
comites et abbates alii, qui interim corpus defuncti vestibus imperialibus
quasi festive induentes auream coronam capiti imposuerunt. Deinde super
auream kathedram quasi iudicem viventem sedere fecerunt. Ac super eius
genua textum iiii evangeliorum aureis literis scriptum collocaverunt. Itaque manu
vero dextra textum, sinistra vero sceptrum tenebat aureum. Cathenulam
quoque auream diadematis coniunxerunt et kathedre super sedebat ne caput
defuncti decideret affixerunt. Sed et scutum aureum quod ei Romani fecerant

ante faciem eius statuerunt, et arcum lapideum in qua sepultus erat pre-
fatis replentes aromatibus monumentum strenue sigillantes clauserunt.
Obiit autem anno domini dccc xv. kal. Februarii ut predictum est.
Post Karolum. Post Karolum magnum regnavit filius eius Ludowicus qui
prius fuit rex Aquitanie. Incepit autem eo anno quo mortuus est pater
suus regnare videlicet anno domini dccc xv. Hic Ludowicus Theodulfum
episcopum Aurelianum falso accusatum in civitate Andegavis custodie man-
cipavit. Cum autem in die palmarum processio fieret ante carcerem dictus
episcopus cunctis egressis aperta fenestra et facto silentio presente imperatore
cantavit ympnum Gloria laus et honor tibi sit rex Christe redemptor etc.
quem ympnum ipse dictaverat in eadem captivitate. Et mox imperator
ipsum a vinculis absolvit. Eodem tempore in Gallia ante festum Iohannis Baptiste
cecidit fragmentum glaciei de nubibus, cuius longitudo fuit xv pedum
latitudo sex, spissitudo duorum. Regnavit autem Ludowicus annis xxvi.
Decimo anno regni sui frigus magnum cecidit in festo sancti Martini et
usque ad pascha duravit. Iste Ludowicus reliquit tres filios Ludowicum
Lotharium et Pipinum, quorum quilibet voluit regnare post patrem, qui tan-
tum bellum commiserunt quod nulla etas hominum meminit tantam stragem in re-
gno Francorum. Interierunt enim in plus parte undecies centena milia
sed tamen in aliquibus libris scribuntur duodecies centena milia. Deinde pace
facta Lotharius obtinuit imperium, alter vero filius regnum Gallie seu Franc-
ie, tertius quasdam alias terras regno equivalentes. Et tunc ab imperio Francia
que olim Gallia dicebatur fuit divisa, quod usque nunc durat. Regna-
bant autem successive de stirpe Karoli imperatores per annos centum et plus.
Post octingentos. Surgit autem quedam razia que erant peracta eo tempore
quo progenies Karoli imperabat. Anno domini dccc liiii mulier
fuit papa annos tres et menses quinque. Hec papa dicitur se vocari Iohannem
Anglicum natione Magunciensem. In habitu viri Athenas ab amasio
suo ducta est ubi in diversis scientiis multum profecit, post hec Romam veniens
triviales artes legit, et magnos magistros discipulos habuit. Et cum in urbe
vita et scientia precelleret in papam eligitur, sed postmodum a predicto amasio
suo impregnatur. Hec demoniacum adiurans interrogavit quando demon
recedere vellet. Demon sic dissimile respondit: Papa pater patrum
papissa pandito partum. Et est tunc eodem de corpore qui recessit. Unde

me colisen et ecclesiam sancti Petri parturiens obiit. Ideo papa semper
viam illam obliquat. Demon autem ab homine obsesso effugit.

Post octingentos. Flores per tempore illo quo Ludowicus secundus filius Lotharii
imperavit, videlicet anno domini dccclxxx°, in partibus Bavarie tribus
diebus et tribus noctibus sanguinem de celo pluisse narratur. Locuste
Galliam depopulantur innumerabiles ceteris locustis maiores habentes senas
alas, regiminis sex pedes, duos dentes lapide duriores, ut castrorum
acies turmatim volantes, duces cum paucis itinere unius diei premit-
tentes ad metanda loca venture multitudinis. Circa horam nonam ad lo-
cum prefixum venientes, ibique sol ortus per spacium unius diei aere ve-
labant ipsum solis radios obnubilantes, ore lato extenso intestina
omnia viridia in herbis et arboribus vastabant, spacium duarum vel trium
vel quattuor aut quinque miliaribus extendentes. Hoc miserabili spectaculo u[sque]
ad mare britannicum pervenientes. hoc miserabili spectaculo eandem
flatu ventorum in profundum maris dimisse sunt. Sed estu occeani ad li-
tus reiecte putredine sua aere corrupto multos pure fedavit. Secu-
ta fames validissima multos consumpsit in Gallia, ut pene tertia pars hominum
consumpta sit in gallia.

Hunc ad modum. Cum autem superius propter quedam incidencia digressus
fuissem a materia imperatorum et regum romanorum, nunc ad eandem rever-
tendum sit de sua principali intentione. Et nota sic dicunt posteri progeniei
Karoli quo ad lineam directam, videlicet quo ad viros fuisset mortua,
non tamen quo ad lineam indirectam, videlicet quo ad mulieres per quas
eadem progenies adhuc durat et propagata est, ut omnes reges post mo-
diti usque ad Ludowicum quartum sint de eadem progenie, ut dicunt his-
torie gesta temporum describentes, que progenies in futurum durabit. Ele-
ctores regum futurorum imperatorum Henricum primum filium ducis Saxo-
nie eligunt in regem anno domini nongentesimo xx°, qui xvii
annis regnavit. Iste in Saxonia Ungarorum exercitum delevit. Tunc
temporis in civitate Ianuensi fons sanguinis largiter effluxit, et civitas
eodem anno a Sarracenis capta thesauris et hominibus miserabiliter
est spoliata. ¶ Post Henricum regnavit Otto primus xxxvii annis
filius Henrici. ¶ Post Ottonem primum regnavit Otto secundus filius suus,
qui incepit regnare anno domini nongentesimo lxxi et regnavit
annis xxii. ¶ Roma magnificus. Otto secundus ex toto corde diligens

pacem, quam etiam sub pena capitis cunctos servare iussit, Romam quasi gaudens
venit, turbatam tamen multum ex eo quod regalem pacem sepius violaverant. Et
ad gradus ecclesie magnatibus et cardinalibus cunctisque proceribus convivium
magnum fecit. Quos epulantes cingit armatis, et in mensa querimonia
moventes de malefactoribus pacis, reos de mensa tractos quorum lecta sunt
nomina statim decollari fecit. Reliquos gaudentes epulari fecit, cum omnes
timore concussi leticia simulabant. ¶ Ottonis tercio. Anno Ottonis
eius decimo in Burgundia Odilo monachus abbas × Cluniacensis per × fecit fieri monasterium
annos lxi mira religionis fervore spectabilis fuit. Huius abbatis temporibus
quidam religiosus rediens ab Iherosolimis dum in mari fuisset, cumque eum a-
lius maris ventorum horror impelleret, applicuit ad insulam quandam vel rupem,
ubi quidam servus dei manebat inclusus. Ille ergo aliquamdiu tranquillitatem ma-
ris expectans, dum cum illo incluso frequenter haberet colloquium, requisitus pa-
triam, Aquitanicum se esse respondit. Requisitus insuper utrum cenobium quod Clu-
niacum dicitur et Odilonem eius abbatem nosset, aperte se nosse perhibuit.
Quo sollicitante cur hec ab eo sibi dei inquireret, inquit: Sunt nobis in
vicina loca ex quibus gravissima flammarum evomunt incendia, in quibus
anime ad tempus diversa luunt pro meritorum qualitate tormenta, ad quorum semper
exaggeranda supplicia innumerabiles demones deputati sunt, qui intol-
erabiles earum penas cotidie renovant, eis ad redivivum supplicium
indesinenter instaurant. Quos tamen ego frequenter audivi conquerentes
et lamentantibus eiulantes, quod orationibus et elemosinis quorundam frequenter ex
eorum manibus eripiuntur anime dampnatorum. Inter ceteros quippe precipuam
Cluniacensem congregationem et eorum abbatem querimonia faciunt, quod sepe
de Cluniacensi cenobio, et eorum abbate, pro eis sui iuris miserculos perdunt. Quobrem te per nomen dei obte-
stor, ut si sanus fratribus illis hec que a me audisti fideliter referas, ex mea parte
precor ut magis ac magis insistant
pro defunctis orationibus et elemosinis magis ac magis insistant
precibus huius intencionis, ut de manibus demonum eos quos
possunt eripiant. Ille ergo regressus in patria cum hec abbati
Odiloni et fratribus retulisset, idem pater Odilo per omnia monasteria sua
generale decretum constituit, ut sicut die primo novembris omnium
sanctorum sollempnitas agitur, ita sequenti die in psalmis et elemosinis et
sacrificiis sollempnitas omnium in Christo quiescentium memoria
peragatur, missarum sollempniis omnium in Christo quiescentium, memoria
celebretur. Quod postea in consuetudinem ductum est toto mundo
celebretur. ¶ Fuit autem et hec acta tunc
ut in speculo historiarum libro xxvi°.

Tangit autem quandam visionem factam Rome, propter quod eius festum seu me-
moria omnium fidelium defunctorum fuit instituta in secunda die mensis nove-
bris. Scribitur namque in cronicis quod anno sequenti ab institucione festivitatis
omnium sanctorum, custos ecclesie sancti Petri in Roma ex devocione omnia altaria
circuivit, et deinde ad altare sancti Petri rediens, ibi paululum residens
extra se rapitur. Et ecce vidit regem regum in sublimi solio consistentem
et omnes angelos in eius circuitu commorantes. Tunc virgo virginum cum dia-
demate perfulgenti advenit, quam innumerabilis virginum et con-
tinencium sequebantur. Huic rex protinus assurrexit, et posito solio iuxta se
eam sedere fecit. Post hoc advenit quidam vestitus de pilis camelorum, quem
sequebatur innumerabilis venerabilium seniorum. Deinde advenit alius pontifica-
li habitu decoratus, quem alius chorus in habitu consimili sequebatur. Postea
processit innumerabilis milicie militum. Postque advenit turba diversarum
gencium infinita. Omnes igitur ante regis solium advenientes et ipsum flexis
genibus adorabant. Is autem qui in pontificali habitu erat matutinas
ceteris consequentibus inchoavit. Angelus autem qui predictum custodem ducebat
eidem visionem exposuit, asserens virginem in primis stare matrem dei, cir-
vestitum de pilis camelorum Iohannem baptistam cum patriarchis et pro-
phetis. Pontificali ornatu indutum Petrum cum ceteris apostolis. Milites
martires. Turbam reliquam confessores. Qui ideo omnes ante regem venerunt
ut pro honore sibi hac die a mortalibus exhibito gracias agerent et pro
orbe universo orarent. Deinde ad locum alium ipsum deduxit et [illegible]
hores, alios in stratis aureis, alios in mensis gaudentes diversis deliciis,
alios nudos et inopes auxilium mendicantes ostendit. Dixit autem hunc
locum esse purgatorium, habundantes vero animas illas esse quibus ab ami-
cis in mundo suffragia copiose impendebantur. Egentes vero esse quorum cu-
ram nullatenus habebant. Iussit quoque ut omnia summo pontifici denunciaret,
ut post festum omnium sanctorum diem commemoracionis statueret animarum, ut
saltem generalia suffragia pro illis die fierent, videlicet secunda die
mensis novembris, qui specialia habere nequirent. Hec pro declaracione
predicti incidentis sufficiant. ¶ Otto tercius. Otto tercius qui cognominabatur
mirabilia mundi, ut legitur in cronicis habuit uxorem, que cuidam comi-
ti se prostituere voluit, sed cum ille nollet, [illegible] illa indig-
nata predictum comitem apud imperatorem accusavit (?). Romanum (?) imperator
tor sine audiencia decollari fecit. Qui antequam decollaretur rogavit
uxorem suam ut iudicio candentis ferri post mortem eum expurgaret innocen-
tem. Adest dies quo cesar pupillis et viduis se asserit iudicium facturum.

affuit et vidua mariti caput ferens sui portans in ulnis. Tunc querit ab impera-
tore quam mortem dignus esset qui iniuste aliquem occidisset. Cui cum ipse capitis
eum dignum assereret, vidua dixit: Tu es ille vir qui maritum meum ad sug-
gestionem uxoris tue innocentem occidi mandasti. Et ut me verum dicere com-
probes, hoc candentis ferri iudicio comprobabo. Quod cesar videns obstu-
puit et in manus femine se puniendum tradidit. Interventu vero pontificum et pro-
cerum inducias x dierum, deinde octo, dein vij, quarto sex a vidua accepit. Tunc
[illegible] uxorem vivam cremavit. Pro redempcione sui vidue iiij [illegible] septem [illegible]
castra contulit in [illegible] diocesi [illegible] de electione [illegible] dicitur
[illegible] sepulta lunensi (?). ¶ Otto tercius. Otto eciam filius Ottonis secundi cep-
regnare anno nongentesimo xcvj° et regnavit xix annis. Hic Otto
quia caruit heredibus masculini sexus et quia invicem regnavit, statuit ut
de cetero principes electores eligant in regem futurum imperatorem quemcumque
voluerint. Antea non manserunt in una parentela, filium sapienciorem post
patrem plus regnantem eligentes in regem. Quod ipse cum principibus electo-
ribus mutavit. Cuius intestina auguste quiescunt. Corpus aquisgrani
sepultum est, ubi ipse ossa sancti Karoli prius invenit.
Anno millesimo, postquam mortuus fuit Otto tercius, principes electores elege-
runt Henricum secundum. Hic dux Bawarie cum sancta Kunegunde coniuge
et ipse semper virgines permanserunt. Giselam quoque sororem suam Stephano
regi Ungarie dans uxorem, ipsum et gentem suam ad fidem Christi convertit. Qui rex pre-
[illegible] Albertus Pragensis episcopus regem Stephanum baptizavit, capite truncatus. Ab aquila
hic separatus (?) a paganis confessus fidem christianam [illegible] sua sedente pe-
[illegible] custoditur. ¶ Sanctus Edwardus Anglorum rex [illegible] qui sequencias
mit miraculis coruscando. ¶ Floret tunc Rupertus rex Francie. Qui in obsidione castri
de sancto spiritu composuit, videlicet "Sancti spiritus" et "O constancia martirum" (?)
fortissimi, relicto exercitu venit Aurelianis, ut in festo sancti Aniani cho-
rum regeret, sicut semper in festis sanctorum facere solebat. Ubi cappa serica in-
dutus dum "Agnus dei" ter flexis genibus alte incepisset, muri castri fun-
ditus corruerunt. ¶ Anno decimo Henrici secundi in quadam villa Saxonie ubi
erat ecclesia sancti Magni martiris contigit quod sequitur. ¶ In vigilia nativitatis Domini
sacerdos Robertus (?) primam missam de nocte inchoaverat. Et in cimiterio
[illegible] cum xviij sodalibus, viris xv et feminis tribus, choreas duce-
bant et cantilenas seculares perstrepentes, ita sacerdotem impediebant, ut ipse
verba corporis Christi sacra missarum sollempnia inter resonarent. Ille mandat
eis ut taceant. At illi hoc neglexerunt. Imprecatus est ergo dicens: Placeat

deo et sancto magno ut ita cantantes permanerent usque ad annum.
Verba penam habuerunt. Filius presbiteri Iohannes sororem suam carpere per
brachium arripuit et statim illud a corpore avulsit, sed gutta sanguinis
in eo non exivit. Illa vero toto anno cum ceteris permansit choreas du-
cens et cantans. Pluvia non cecidit super eos, non frigus, non calor, non
fames, non sitis, non lassitudo eos affecit seu commovit. Indumenta
vel calciamenta non sunt eis attrita, sed quasi vectores cantabant. Primo
usque ad genua, deinde usque ad femora terre demersi sunt. Fabrica
tecti aliquando super eos nutu dei erigebatur ut pluvias arceret.
Evoluto anno Herbertus Coloniensis episcopus eos absolvit a nodo quo manus
eorum ligabantur. Et ante altare sancti Magni reconciliavit. Filia presbiteri
cum aliis duobus continuo exanimata est. Ceteri continuis tribus noctibus dor-
mierunt. Aliqui postea obierunt et miraculis ut fertur choruscaverunt.
Qui valde penituerunt. Ceteri penam suam membrorum tremore prodiderunt.
Hoc ita scriptum reliquit Othbertus ipse qui fuit unus ex eis. In cuius scripti
fine sic scriptum est. Date sunt nobis litere a domino Peregrino beati Heriberti
successore anno domini M.XIII. ¶ De sancto Henrico. Anno XIIII im-
perii Henrici sedit ipse Henricus Colonie natale domini celebrans Herbertum
archiepiscopum a se iniuriose tractatum humili satisfactione placare. Cum re-
conciliato archiepiscopo predixit se ipse morituro. Et non multo post
mortuus magnis cepit clarere virtutibus. Cui Peregrinus in episcopatu successit.
Et hoc tale fuit actum. Imperator dum quadam die venatum pergeret
solus ad aream silve devenit, comitibus hac illac quam dispersis, ubi habebat
ecclesiam presbiter ille agrestis, deformis valde, et quasi portentum nature.
Imperator se militem mentiens suppliciter missam rogat. Ille confestim se parat.
Imperator intimum cogitabat quare deus rem quam formosa cuncta precedit tam
deformem hominem conficere sacramenta sua sineret. Ventum est ad illum versi-
culum: Scitote quod dominus ipse est deus. In quibus verbis cum discordaret
puer seu scolaris presbiteri, sacerdos altiori voce rudit quasi imperatoris
cogitata: Ipse fecit nos et non ipsi nos. Quo dicto imperator hominem re-
periens et prophetam virum estimans, virum fecit eum episcopum. Huius
episcopi hoc quod sequitur factum fuit. Erat in monasterio eiusdem urbis sanctimonialium
quedam virgo et specie et dulci sermone ad omnes amatores suos intendebat.
Quorum unus dives et generosus eam abduxit et loco iuste coniugis habuit.

Ipse fecit nos et non ipsi nos

temporibus

spondet episcopo ut mulier monasterio restituatur. Et sic seu absente
episcopo reperit. Excommunicatur tempore ut multo tempore cum eo commaneret ante
colloquium audiret. Tunc excommunicatus in presentia rursus sine abiit. Venientes
autem episcopo ad extremum vite convenerunt pastores orantes pro excommunicato.
Quibus ille vindit: Si miser ille maledictam illam mulierem deserit
sit absolutus. Si autem persistit, sequenti anno hac eadem die et eadem
hora qua ego decedam sit ante dominum rationem reddere paratus. Videbitis
autem me quasi signum ad sextam feriam venire spiritum efflare. Sic omnia im-
pleta sunt utroque moriente. Anno namque sequente eadem die et eadem hora
qua presul decessit excommunicatus cum amica sua ictu fulminis exanimatus est. ¶ Presul
Fulbertus. De supra. Ab hac sede floret Robertus rex Francie sanctus qui
composuit sequentiam de spiritu sancto: Assit nobis gratia et cetera. Celebravit et tunc Fulbertus
episcopus Carnotensis, qui in melodiis cantica quas dictavit. Et Golon iste hoc
dedicavit. Sic et ipse composuit: O constantia martirum. Chorus nove Ierusalem. Hic eam
dedicavit. Sed et ipse corpus ecclesie sue primum. Cum et episcoporum sedem in honore
huius episcopatum Babenbergensem constituit. Cum et episcoporum sedis in honore
sancti Laurentii que in speculum videntium habuit magnum calicem aureum
sancti Laurentii. Ab huius sede fuit in Moguncia ¶ Tunc Moguntinus
duas causas hinc archiepiscopus nomine Wilhelmus, cuius pater currus et bigas facere consuevit.
Ubi eam humiliter
ad pieres oratorii sui rotas suspendit. Ubi eam hunc domini
sic scripsit: Willegis, Willegis, gedenk wanen du komen bis.
Unde thesaurus ubi repositum
clavis huius eiusdem solus episcopus servabat. Unde cum magna pena in-
purabat huius. Donec imperator sentit intromissus cum magna pena in-
Ad honorem huius episcopi due rote argentee in signum humilitatis
sculpte sunt. ¶ Hunc a demonibus cum hereticis
celestis in vexillo Moguntino sunt depicte. ¶ Hunc a demonibus cum
imperator et Kunegundis uxor sua virgines vixerunt permansere. Diabolo
instigante uxorem suam de quodam milite suspicionem habere cepit et super eam
Dens ferro xv pedum nudis pedibus ipsam incedere iussit et copulavit.
Que cum ferrum ascenderet dixit: O Christe sic me absolvas ab Henrico et ab omnibus
Que cum ferrum ascenderet dixit. Imperator verecundia ductus per alia
tradidit nomina sic adiuvans me. Imperator verecundia ductus
ipsam in maxillam percussit. Cum vox de celo dixit: Ego Maria te
ligme dominabit et liberabit. Tota vero candens ferri massa illesa
peruenit. Cum autem percussum caput cesar obiisset, intrando maxima de-
monum in cella eadem Henrice consilebat. Qui aperta fenestra ultimum

quinam essent interrogavit. Et ille Legio inquit demonum sumus qui ad
mortem cesaris properamus si forte aliquid ipsius peccatis suis exigentibus rape-
re valeamus. Adiuravit legionem per heremitam ut ad se pacto eodem reverteretur.
Que rediens statim dixit. Nichil profecimus. Quia dum falsa uxoris su-
spicio et alia sua peccata in statera fuissent posita. advenit ille lauren-
cius ollam auream ingentis ponderis detulit. Et dum aliquam cesaris rape-
re contenderem. olla predicta statere preponderavit. Iratus ergo ego ansam
unam olle fregimus. Ollam vocabat demones calicem quem dictus cesar
ecclesie Babenbergensi ad honorem sancti Laurencii quem illum in specialem hono-
re habebat comparavit. Qui calix propter magnitudinem sue anse
seu aures retinuit. Quesitum ergo et repertum est in eadem hora cesarem
obiisse, et unam ansam calicis fractam esse. Digne ergo etiam est dandum
in pios usus ad honorem sanctorum. Ad eum tunc sanctus Laurencius egit
in morte cesaris hoc aliis sanctis actum sit in morte illorum qui illos
rebus suis consueverunt honorabant. ¶ Stephanus ungarie rex sub

Anno millesimo. Postquam heinricus sanctus imperator viam universe carnis in-
gressus est sine heredibus principes electores convenerunt in unum eligen-
tes sibi regem. Conradum hoc nomine secundum qui fuit dux francorum. Hic
electus anno domini mxxv. regnavit annis xxiiii. sepultus in Spira.
Cum pacem in principis consortio desiderans statuit ut quicumque pa-
cem infringeret capite plecteretur. Cuius edicti transgressor comes Lupol-
dus fugit et ingressus silvam cum familia ad quoddam molendinum ubi nunc est
monasterium quod hirsaugia nominatur. Quo cum imperator causa venacionis
ad prandendum divertisset comes fugit et comitissam parturientem ibi
reliquit. Que filium peperit. Vox ad imperatorem facta est dicens. Au-
dias Conrade quia puer iste natus gener seu filiaster tuus erit. Cui dic-
to quod homines molendini rusticos putaret duobus armigeris precepit
ut puerum occiderent et cor eius afferrent sibi. Illi cor leporis imperatori
offerentes puerum super arborem posuerunt. ¶ Heinricus autem dux superveniens ibi
infantem puerum invenit et eum secum uxori sue clam detulit. precipiens
ut diligenter educaretur sicut filium fingeret. Qui nomine heinricus formosus
ac facundus factus est omnibus graciosus. Imperator ergo suis obsequiis semper eum
astare fecit. Sed timens ne forte ille esset quem ipse occidi mandaverat
scripsit per eum litteras imperatrici in hunc modum. Ignorum est cara et mea vita
mox ut litteras istas receperis puerum hunc necabis. Qui pergens in domo

cuiusdam sacerdotis pernoctans fortiter obdormivit. Hospes curiositate ductus
litteras salvo sigillo aperuit et scelus abhorrens ubi scriptum erat necabis
delevit. ita scribens. filiam nostram dabis. Ad et factum est. Veritate igitur
comperta a duce nutritum et ab armigeris dixit imperator. Video quod divine
ordinacioni nemo resistere potest. Qui post socerum regni gubernacula suscepit.
Claustrum in hirsow in loco sue nativitatis construxit. ¶ Post hunc hein-
ricus tercius rex pius regnavit annis xvii incipiens regnare anno domini
mxlvii. Hic omne histrionum genus de curiis suis abiciens omnia munia pau-
peribus erogavit. ¶ Temporibus huius heinrici inventum est rome corpus gigan-
tis incorruptum altius muro civitatis cum tali epitaphio ibidem. Filius evandri
pallas quem lancea turni militis occidit more suo iacet hic. Lucerna
ardens erat ad caput eius que nec liquore nec flatu poterat extingui
donec subtus flammam foramine cum stilo facto aer fuisset immissus. Vulnus gi-
gantis iiii pedum fuit et dimidii. Qui post eversionem troie occisus iacuit
ibi per annos duo milia et xl. ¶ Hic heinricus cum festum penthecostes
apud maguntiam celebraret paulo ante missam cum sedilia pararentur in eccl-
esia ortum est iurgium inter cubicularios archiepiscopi et abbatis fuldensis ceno-
bii utrorum dominus iuxta imperatorem sederet. Sed fuldense cenobium est in sax-
onia sancti galli corpore insigne et predives. Dicitur pre magnificencia eius loci
abbas lx milia armatorum pro se in hoste imperatoris, et hic ex antiquo
privilegium ut in magnis festivitatibus ad dexteram eius sederet. Utrumque vero
est ad pugnam. ferventesque per ecclesiam grassantes pavimentum sanguine inunda-
vit. Sed statim episcopis consolantibus pace inter reliquos dissidentes statuta
templum purgatur et missa festivius clamoribus et actis. Sequencia autem
de sancto spiritu cantata et ubi ventum est ad. Hunc diem gloriosum fecisti. Vox ab
aere lapsa est. hunc diem bellicosum ego feci. Rigentibus omnibus pre
timore imperator quod litterarum fuit diligentior intendens [illegible] cui ipse
omnis malicie inventor dixit. bellicosum sed arrogantibus luctuosum fecisti.
Sed nos per dei graciam qui illum gloriosum fecit pauperibus graciosum reddemus.
Et mox reincepta sequencia sollempniter plorans sancti spiritus graciam invocabat. In-
telliges illum advenisse et plorantibus et cantantibus [illegible] sunt porto-
vel tundentibus. Finita missa egenis per preconem clamari fecit omnes dapes
que sibi et curialibus parabantur in usus eorum exhausit, ipse obsonia [illegible]
nes et superfluo cibo abstinens. hec in speculo historiali. ¶ Ab eo tem-
pore mos inolevit ut sequencia de sancto spiritu prenominata fiat in domo regis.
quod prius non fuit actum. Et [illegible] usus tenetur.

[illegible]

Palla [illegible] [illegible]

¶ Anno imperii sui xviii Henricus penitens libertatem omnibus reddidit et restituit
omnibus que abstulit et omnibus iniurias relaxavit. Filium suum Henricum decem
annorum electione principum regem constituit. Presente Victore papa Spi-
re obiit et ibidem est sepultus. ¶ Henricus quartus puer decem annorum anno
domini M° lvii cepit regnare et regnavit annis quinquaginta. Cum mater
Agnes diu rem publicam gubernabat laudabiliter. Et incepit quidam Fridu-
cu in Germania se contra imperium erigente. ¶ Tunc in Phortzen princi-
pes congregati Rudolfum ducem Saxonie contra Henricum elegerunt. Quem
papa Gregorius vii nec consensu nec consilio fovit. Ideo hic Rudolfus
bello victo suspensus. Curiam in Brixina convocavit ubi Gwibertum
episcopum Ravennensem in papam eligi procuravit. ¶ De isto Henrico iiii
scribit Petrus Damiani [illegible]. Dux Venetie Constantino-
politane urbis habuit uxorem que tam tenere et delicate vivebat et tam
artificiosa voluptate ut se communibus aquis dedignaretur ablui. Sed
eius servi de rore celi undique collecto ei balneum preparabant. Cibos
suos non tangebat sed ab eunuchis alimenta queque minutim concidebantur
et fuscinulis quibusdam aureis et bidentibus ori
suo liguriens adhibebat. Cubiculum eius tot aromatibus et timia-
matibus redolebat ut et dictu fetidum sit et auditu incredibile. Sed
deo adhuc [illegible] super ea invenit iudicium divinum. Corpus eius
omne computruit ita ut totum cubiculum intolerabili fetore reple-
ret, nullusque pati poterat. Vix una ancilla non sine specierum auxilio redo-
lentium in eius studio remansit. Que tamen raptim accedens cursim recede-
bat. Diuque hoc languore decocta et miserabiliter cruciata amicis
quoque letantibus diem clausit extremum. Hec in speculo historiarum libro xxvi
capitulo lvi. ¶ Iste Petrus Damiani in monasterio sancti Vincencii statuit
per triennium et servatum est ut horis canonicis beate Marie semper virginis offi-
cia dicerentur. De quo cepit murmurare monachus quidam nomine Gas-
[illegible] sed dictans et acuitate lingue et facundie et opi-
nione per questiones et allegationes suas ut hore beate virginis amplius
non dicerentur. Mox divine adversitates adversus idem monasterium exor-
te sunt, depredationes, rapine, conflagrationes, servorum et familiarum
eiusdem loci trucidatio. Fuit ad imperatorem Theutonicum sed frustra.
Venit ad me dicens hoc accidisse quia [illegible] a se precidit.
Et mox in capitulo prostratus nunc dicit se nunquam de cetero laudes beate
virginis obmissuros. Sic in brevi postea pacem recuperavit.

vel ancilla

14

¶ Imperator Henricus. Henricus quintus. Anno domini M° cvii cepit regnare et
regnavit annis xx. Hic Henricus quintus Henricum quartum patrem captivavit et
in vinculis ipsum tenuit usque ad mortem. Ideo deus ipsum sine herede mo-
ri permisit. Et post hec comites [illegible] ducatum Franconie possederunt.
¶ Temporibus huius Henrici terremotus per totum orbem magnus et intensus fuit
urbes. Terra quoque dehiscens in pluribus locis civitates cum suis habitatoribus
absorbuit iiii nonas Ianuarii. ¶ Tunc et in provincia Leodiensi por-
ca porcellum edidit habentem faciem hominis. ¶ Et sub eodem Henrico anno domini M°
xi monachus quidam Rome ad sanctum Laurencium extra muros cogitans in die
sancto penthecostes qualiter dominus clauso sepulcro resurrexit, unde cingulum
insolutum cum se iacet in terra et vocem audivit dicentem: Sic potuit
Christus clauso prodire sepulcro. ¶ Regnat Lotharius. Henrico quinto sine
herede mortuo Lotharius iii dux Saxonie in regem eligitur anno domini
M° cxxvi qui regnavit annis xi. Hic et [illegible]. Ab isto
imperatore tamen siccitas fuit in Francia ut flumina lacus fontes et pu-
tei siccarentur. Ignis quoque per rimas terre [illegible] que nulla materia at-
tacta exigui [illegible] per biennium. Ideo fames validissima per [illegible]
fore bestias et homines consumpsit. ¶ Anno domini M° cxxxviii Lotharius
rex Suevus [illegible] et Ulmam.

¶ Conradus millenus. Anno domini M° cxxxviii principes electores [illegible]
tres duces Suevie fore potentes et firmos [illegible] Conradum
ducem Suevie qui fuit huius nominis tercius elegerunt in regem qui regna-
vit annis xv sed ad imperium non ascendit. Hic a sancto Bernhardo in Franco-
furt cum multis principibus crucesignatus ex Lotharingia, Flandria, An-
glia fortissimis pugnatoribus adunatis per terram ivit, ubi Ludowicus
rex Francie per Ungariam ad eum venit. Sed Greci calce farine in-
[illegible] magnum fecerunt exercitum detrimentum.
[illegible] Floruit tunc in Calabria abbas Ioachim qui in
spiritu [illegible]. ¶ Floruit tunc Petrus comestor qui
dicitur [illegible]. Historiam scolasticam compilavit. ¶ Iste Conradus cum Lothario rege [illegible]
dicto post mortem Henrici quinti in discordia fuit electus. Sed papa Lo-
thario prevaluit ut patet infra in Decretali Venerabilem.
¶ Conradus millenus. Post mortem Conradi Fredericus primus filius Frederici du-
cis Suevie anno domini M° clii electus regnavit annis xxxviii.

rex Ierosolimitanus serenus factus et in omnibus gloriosus. Hunc adhuc vivens ... coronavit. Huic soldanus Babilonie misit vas smaragdinum balsamo plenum, cuius precium et decorem magnis laudibus extollens, dixit: Absit ut ego solus tam preciosam rem possideam, et videntibus nunciis soldani vas proiecit in terram, precipiens christianis principibus ut frusta colligerent et inter se dividerent. Anno domini M c lxii Fredericus Mediolanum destruxit. Trium magorum corpora Reinoldo archiepiscopo Coloniensi dedit, que olim de Perside in Constantinopolim fuerunt translata et inde a sancto Georgio in Mediolanum fuerunt vecta. Et sic Colonie recepta ... sepulta. Timentes autem Colonienses quod ipsis et invitis eripe[re]ntur, unde sub magna custodia conservant illa. Tunc eciam temporis tres lune in celo fuerunt vise et postmodum tres soles, significantes discordiam cardinalium in electione pape et principum in electione imperatoris. Mortuo enim Adriano papa tres sunt electi simul. Quorum unus potencia Papiensis optinuit auxilio imperatoris. Ideo Alexander papa in Franciam fugit. Quem persequens imperator cum ducibus et Bohemie rege Francorum bello aggressus nichil profecit. Scisma xviii annis duravit. Tandem Fridericus imperator Alexandro pape reconciliatur pro emenda que intulerat. Et post multas victorias in quodam ... fluminis Armenie balneatus cunctis videntibus est submersus et in Tyro sepultus. Est rex electus Anno domini M c lxxxvii Henricus sextus Friderici filius electus regnavit annis octo. Sub isto rege anno regni sui primo eclipsis solis facta est ix kl. Iulii a tercia usque ad nonam

mala ... quia eclipsis solis rarissime affert bonum. Eo tempore tante pluvie, tot tonitrua et fulmina facta fuerunt ut nemo similia meminerit se vidisse. Corvi quoque et milvi aves portabant in ore ignitos carbones et domos plurimas incendebant. Tandem Henricus veniens in ... sepultus in Spira. Electio regum Anno domini M c xcix scisma in regno oritur inter Philippum ducem Suevie et Ottonem ducem de Brunswig. M cc Otto a legatis pape in regem ungitur Aquisgrani. M cc v apud Coloniam Philippus per Ottonis milites debilitatur, eius bello durissimo superavit. Eodem anno Veneti et Franci Constantinopolim ceperunt, cumque diversis spoliis et alias civitates construxerunt. M cc viii palatinus de Widispach occidit

Philippum in Babenberg et ad quoddam monasterium ... secedens ... causa devocionis ... cum ... viri Philippi complices ipsum occiderunt. M cc ix Otto iam solus imperium adeptus postmodum regnavit annis ix. Hunc papa Innocencius tercius coronavit et ab eo iuramentum fidelitatis suscepit. Quod eodem die Otto infringens romipetas spoliavit. Ideo papa Ottonem usque ad mortem excommunicavit. Et iam Fridericum Henrici sexti filium per principes electores adversarium suscitavit, sed idem Fridericus Ottoni non prevaluit quamdiu vixit. Si nomen queris. Unde circa questionem posset aliquis dicere quis vocabatur ille qui Ottonem excommunicavit. Dico quod fuit Innocencius tercius, quod nomen in metro integrum non poterat, sed oportet quod per thmesim, idest per divisionem ponatur. Unde in versu interponit hec dictio, quia aliter non posset poni cum aliis, sic brevis et prima et tercia longa. Subiungit autem in versu quod iste papa inter [illegible] dictabat et alia declarabat. Declarabat enim electionem tradidit septem principibus, scilicet eandem declaracionem duci Zaringie qui adherebat Philippo duci Swevie contra Ottonem quantum et exegit aliis principibus et iuris studentibus, ponens hic ubi ut scilicet in primo decretalium libro de electione. Innocencius tercius duci Zaringie.

Venerabilem fratrem nostrum. Inter cetera vero quidam principes hac precipue obiectione fuerunt usi, dicentes quod apostolice sedis legatus aut electoris gessit aut cognitoris personam. Si electoris, in messem alienam miserat falcem suam et electioni se ingerens principum derogavit dignitati. Si cognitoris, absente altera parte videtur perperam processisse, cum citata non fuerit et ideo non debuit contumax iudicari. Verum illis principibus ius et potestatem eligendi regem in imperatorem postmodum promovendum recognoscimus, ut debemus, ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere, presertim cum ad eos ius et potestas huiusmodi ab apostolica sede pervenerit, que romanum imperium in personam magnifici Karoli a Grecis transtulit in Germanos. Sed principes recognoscere debent et utique recognoscunt sicut iidem in nostra recognovere presencia, quod ius et auctoritas examinandi personam electam in regem et promovendam ad imperium ad nos spectat, qui eum inungimus, consecramus et coronamus. Est enim regulariter et generaliter observatum ut ad eum examinacio persone pertineat ad quem impo-

sicut in minimo spectat. Numquid enim si principes non solum in discordia sed etiam
in concordia sacrilegum quemcumque vel excommunicatum in regem, tyrannum vel fatuum vel
haereticum eligerent aut paganum, nos inungere, consecrare aut coronare
hominem huiusmodi deberemus? Absit omnino. Obiectioni ergo principum respondentes
asserimus quod legatus noster in approbando et reprobando duces nec electoris ges-
sit personam, utpote qui nec fecit aliquem eligi nec elegit, nec cognito-
ris, cum neutrius electionem quoad factum eligentium confirmandam duxerit
aut etiam infirmandam. Exercuit autem denuntiatoris officium, quia personam
ducis eiusdem indignam et personam regis denuntiavit idoneam quo-
ad imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium quam propter merita
electorum, quamvis plures ex illis qui eligendi regem in imperatorem pro-
movendum de iure ac consuetudine obtinent potestatem consensisse perhi-
beantur in ipsum regem, et ex eo quod fautores ducis absentibus aliis et
contemptis ipsum eligere praesumpserunt, patet eos perperam processisse, cum
electioni plus contemptus unius quam contradictio multorum obsistat. Et infra.
Nos utique non ducem sed regem reputamus et nominamus regem illustrem [...]
te. Et infra. Certum autem est quod in electione vota principum dividuntur post admo-
nitionem et expectationem alteri partem favere possimus, maxime post-
quam a nobis unctio, consecratio et coronatio postulantur, sicut patet per
exempla. Numquid enim si principes admoniti et expectati vel non
potuerunt vel noluerint convenire, sedes apostolica advocato et de-
fensore carebit, eorumque culpa ipsi redundabit in poenam?
Sciunt autem principes quod cum Lotharius et Conradus in discordia
fuissent electi, Romanus pontifex Lotharium coronavit
et imperium obtinuit coronatus, eodem Conrado tunc demum ad
eius gratiam redeunte. Vos igitur duximus commonendos ut a praefa-
to duce iusto Dei et nostro iudicio reprobato recedatis, et praefa-
to regi non ambigatis adhaerere. Non enim ducem cum contra
[...] nos, sicut in litteris vestris legimus, aliquid eius obiectum fuit et ostensum.
Et infra. Sunt enim notoria impedimenta ducis, scilicet excommunicatio publica,
periurium manifestum et persecutio divulgata, quam progenitores eius
et ipse praesumpserunt in apostolicam et alias ecclesias exercere. Fuit quoque
a praedecessore nostro excommunicationis vinculo innodatus, quod ipse primus re-
cognovit, dum per nuntium suum absolutionis beneficium postulavit.

Unde patet quod fuit excommunicatus electus. Et infra. Idem et contra proprium iu-
ramentum super quo nec consilium a sede apostolica requisivit, ambitionis
vitio regnum sibi usurpare praesumpsit, cum super iuramento illo prius
romanam ecclesiam consuluisse debuisset, sicut vel ad plenam excusatio-
nem ipsius si iuramentum illud diceret illicitum, vel ad impletionem super eo
nos prius consulere debuisset, quam contra ipsum propria temeritate venire.
Illorum potius exemplo, qui cum Gabaonitis a filiis Israel per fraudem sibi
praestitum iuramentum, ipsi cum cognita fraude contra illos venire [...]
noluerunt. Verum utrum iuramentum licitum sit an illicitum, et ideo ser-
vandum an non servandum existat, nemo sanae mentis ignorat
ad nostrum iudicium pertinere. Et infra. Insuper si supradictus dux imperium ob-
tineret, libertas principum et electionis periret, et imperium obtinendi de cetero
ceteris fiducia tolleretur, quia si, sicut olim super eo duas patrum eius,
sic dux ipse filio suo succederet, et videretur imperium non ex electione, sed
ex successione deberi. Et infra. Et in praeiudicium principum redundaret, si non nisi
de domo ducis pro defectu videretur aliquis ad imperium assumendus. Et infra. Nobi-
litatem ergo vestram monemus et per apostolica scripta mandamus quatenus a praefa-
to duce recedatis, non obstante iuramento, si quod ei ratione regni fe-
cistis, cum eo quantum ad imperium obtinendum [struck] reprobato, iuramentum
huiusmodi non debeatis observare. ¶ Scripsit praeterea Innocentius tertius illam de-
cretalem salubrem, quae de penitentiis et remissionibus scripta est in libro v. ut sequitur.

Omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis pervenerit omnia
sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, et iniunctam
sibi penitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad mi-
nus in pascha eucharistiae sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio
ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum.
Alioquin et vivus ab ingressu ecclesiae arceatur, et moriens christiana careat
sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur,
ne quis ex ignorantiae caecitate velamen excusationis assumat. Si
quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata,
licentiam prius postulet et obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ille ipsum
non possit solvere vel ligare. ¶ Sacerdos autem sit discretus et cautus, ut mo-
re periti medici superinfundat vinum et oleum vulneribus sauciati. Dili-

gentem ingrediens et peccatis circumstantias et peccati quibus prudenter intelligat
quale ei debeat dare consilium et cuiusmodi remedium adhibere. diversis
experimentis utendo ad sanandum egrotum. Caveat autem omnino ne verbo
aut signo aut alio quovis modo prodat aliquando peccatorem. Sed si pru-
dentiori consilio indiguerit illud absque ulla expressione persone caute re-
quirat. Quia qui peccatum in penitentiali iudicio sibi detectum presumpserit reve-
lare non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, verum et ad agendam
perpetuam penitentiam in artum monasterium detrudendum. Hec in libro quinto.
¶ Item Innocentius tertius ut habetur in quinto decretalium de Reliquiis et veneratione
sanctorum statuit ut cum festa eveniunt in sexta feria quibus ieiunium requirit
ut in sabbato ieiunetur. Unde ponit duas subscriptas decretales
Ex parte vestra fuit quesitum utrum si nativitatem domini vel assumptionem beate ma-
rie vel festivitatem alicuius apostolorum in sexta feria contigerit evenire die
sabbati precedenti magis debeat ieiunari et utrum in vigilia beati mathie
sit ieiunium iniungendum. Ad quod breviter respondemus quod die sabbati festivi-
tates prelibatas precedenti et beati mathie apostoli debebis vigilias ieiunare.
¶ Item ibidem de reliquiis et veneratione sanctorum habetur hec decretalis.
Consilium nostrum et mandatum. Consultationi tue taliter respondemus quod omnium
apostolorum vigilie sunt in observatione ieiuniorum celebrande preter vi-
gilias apostolorum philippi et iacobi et beati iohannis evangeliste. Quia illorum fe-
stivitatis infra sollempnitatem paschalem, istius autem infra natale domini
celebratur ieiunium et apud nos in adventu domini agitur. Sanctorum quorum
vigilie quarum festivitates extra festum in celebratur et precedenti sunt sabbato
ieiunande. De festivitate vero beati bartholomei apostoli de cuius celebra-
tione dubietas oritur apud quosdam dicimus quod in hac consuetudinem tue re-
gionis observes. Et infra. Cum autem queritis que sic aliquem penitentia iniungenda
in diebus quadragesimalibus tempore quo tamen fames invalida ingru-
ebat quod magna pars populi propter inopiam annone preter carnes
comedere coacti sunt. Dicimus quod in tali articulo illos non credimus pu-
niendos. Pacis cum domino pro aliquo et eo illis offendas ne ipsis aliquo
tenus imputetur. Quia boni pastoris interest ubi cerne culpam ubi culpa
minime reperitur. Preterea de aliquo qui in quadragesima ut alias ieiu-
niis sollempnibus infirmantur et petunt sibi esu carnis indulgeri.
Dicimus quod non subiaceant legi necessitas. Desiderium infirmorum cum urges ne-
cessitas exigit supportare poteris et debes ut maius in eis periculum evitetur.

Item Innocentius tertius constituit ecclesie scripsit decretale de purificatione post partum libro quinto.
Volens et infra. Licet secundum legem mosaicam certi dies determinati fuissent quibus
mulieres post partum a templi cessarent ingressu, quia tamen lex per moysen data est
gratia et veritas per ihesum christum facta, inquisitioni tue taliter respondemus quod postquam umbra
legis evanuit et illuxit veritas evangelii, si mulieres post prolem emissam actura deo
gratias ecclesiam intrare voluerint nulla proinde peccati mole gravantur, nec ecclesie
est eis aditus denegandus ne pena illis converti videatur in culpam. Si tamen ex ve-
neratione aliquamdiu voluerint abstinere devotionem non credimus reprobandam.
¶ Item statuit si excommunicato signa contritionis fuerint reperta eum suffragiis
ecclesiasticis et ecclesiastica sepultura. ¶ Item statuit ut ultra quartum gradum consanguinitatis lici-
te matrimonium contrahatur, quod olim prohibitum fuit usque ad septimum. ¶ Item statuit
ut ante carnalem copulam alter coniugum religionem intrare possit, altero
invito. ¶ Item ut religiosus ad ordinem districtiorem possit transire superio-
ris licentia petita, etiam si superior denegaverit licentiam. ¶ Item constituit ut octava
nativitatis beate virginis ab omnibus latinis in perpetuum celebretur, que prius non
celebrabatur. ¶ Plura alia statuit ita que hic obmittuntur, cum non sint principalia i-
mmo ista pro incidentibus sufficiant.
Henricus Fridericus. Ottone quarto mortuo anno domini m cc xviii. Frideri-
cus secundus rex sicilie prius electus a principibus electis regnavit. Hic Fridericus
fuit filius henrici sexti et nepos friderici primi imperatoris. ¶ Eodem
anno Bertoldus dux de Zeringen obiit. ¶ Anno domini m cc xx Fridericus
ab honorio tertio consecratus est rome in imperatorem. ¶ m cc xxii Hen-
ricus filius friderici imperatoris patre ordinante coronatur in regem aquisgrani.
¶ m cc xxvi pestilentia pecudum per universas terras grassatur. ¶ m cc xxvii
honorius papa moritur, cui gregorius nonus successit. Eodem anno oritur di-
scordia inter papam et imperatorem. ¶ Expeditio dicitur nobilium et divi-
tum hic facta est. Fridericus imperator transiens mare ierusalem christianis resti-
tuit. ¶ Romani precepto imperatoris papam invaserunt et urbem obsi-
dent. ¶ m cc xxx bellum oritur inter papam et imperatorem. ¶ m cc xxxii
henricus rex cum victorioso exercitu devenit welfone ducem bawarie. ¶ m cc xxxv
Fridericus imperator sueviam venit et henricum regem filium suum capti-
vavit et in exilium misit et Conradum filium suum fratrem predicti henrici re-
gem consensu principum constituit. ¶ m cc xxxvii Fridericus longobar-
dia veniens mediolanensium xvi milia occidit. ¶ m cc xxx nono
gregorius papa post multa discordia fridericum excommunicavit. ¶ m cc

xli tres cardinales cum abbatibus cluniacensi cisterciensi premonstratensi ve-
nientes in concilium apostolicum ab imperatore friderico cum multo thesauro
capiuntur. Gregorius papa moritur. Anno m cc xlii Coloniensis et Magu-
ntinensis episcopi impugnant imperatorem. Coloniensis episcopus capitur. Gregorius papa
moritur. Anno m cc xliii Innocencius papa substituitur cum sedes duobus annis
vacasset. Anno m cc xlv Innocencius iiii papa Lugduni protulit sententiam
deposicionis in imperatorem ipsum imperiali dignitate ac nomine spoliando.
Porro cause deposicionis in predicto concilio exprimuntur videlicet periurium
pacis et treuge fractis violatio. Cardinalium captivatio. Religiosorum
prelatorum submissio. Et clericos per angarias affligere qui non trahebantur
ad iudicium seculare sed et cogebantur subire duella. Incarcerabantur
et in patibulis suspendebantur. Dixit enim ipse Fridericus audiente h.
lantgravio tres seduxerunt totum mundum. Moyses hebreos. Jhesus
christianos et Machmet sarracenos. Et insuper si principes imperii
omnibus meis assentirent ego multum meliorem modum vivendi et creden-
di cunctis nacionibus ordinarem. Propter hec et similia depositus fuit. Et h.
lantgravius postmodum per missum pape ab electoribus principibus contra Frid.
fuit electus. Anno m cc xlvii Henricus lantgravius Thuringie in odium
Friderici electus Conradum regem filium Friderici cum suo exercitu apud
Franggenfurt in die sancti Oswaldi ignominiose fugavit. Ac ulmam
obsedit. Et dum sibi adherentes dimissis obsidentes civitatem et ro-
tam tenuit, devastavit igne et ferro. Eodem anno lantgravius ul-
ne recedens ab ulma fluvio veniens moritur est. Eodem et anno
Rutlingen civitas obsessa est in festo penthecostes. Quapropter cives ibi-
dem votum fecerunt licet ... si ipsis meditante ab hostibus liberarentur quod vel-
lent ei edificare capellam infra muros gloriose beate virginis marie
... hostes fugerunt. ... pro magno de
capelle edificande miserunt, laudabile opus incipiendo cum capel-
le angulare ... cum capella foret edificata non ...
... anno domini m cc lxxx in die sancti Oswaldi perficiebatur.
Et angelus ... sibi supponebatur. Mortuo h. lantgravio
Wilhelmus comes hollandie contra Fridericum eligitur. Anno domini m
cc xlviii qui in anno ... a frisonibus est occisus. Et sic nemo illorum
Fridericum prevaluit. Anno m cc l Fridericus mortuus est. Sub quo civitates

Rutlingen, Esselingen, Hailprunn et plures alie sunt edificate et ipso
favente ... civitatibus ipse Fridericus. Sed et Conradus reges filii sui
aliquas Bopfingen ... et fundatores dignitate multum extulerunt.
Anno m cc li Conradus rex Suevie hic et in simul ... Post
Conradinum. Mortuo Friderico imperatore et Conrado filio suo suc-
cessit Conradinus filius Conradi et nepos Friderici volens regna-
re sicut predecessores sui duces fuerunt qui plus quam centum annis
regnabant. Cum autem idem Conradinus breviter regnasset cum
magno exercitu intravit Apuliam et ibidem a Manfredo rege Apu-
lie captus et decapitatur. Et sic imperium ab illa progenie est ablatum.
Post hoc per multos annos nec rex nec cesar imperavit et tunc principes
et domini terre bona pax fuit.
Anno domini m cc ... De rege Rudolfo. Hic nota quod a tempore Karoli
magni usque ad Conradinum filii regum seu ducum eligebantur in
reges futuros imperatores. Sed postquam progenies ducum fuerunt defecit et de-
sit esse et imperium pluribus annis caruisset gubernatore, principes electores
congregati in unum anno domini m cc lxxiii comitem Rudolfum de Habsburg
virum strenuum firmum et magnanimum et multis factis fortunatum in regem
romanorum elegerunt. Sed hic ad imperium non ascendit. Sub quo anno domini m cc
lxxviii comes de Gulich occisus fuit ... anno regni sui quinto.
Anno regni sui xii videlicet anno domini m cc lxxxv dabatur modius siliginis
in alemannia pro ii sol. modius speltarum pro xx halt. modius avene pro xvi
halt. In ponte super mulsam ... homines choreisantes ... kalendas julii cessare
nolebant donec presbiter transiret portans sacratissimum corpus christi. Igitur
pons cecidit et choreisantes omnes penitus submersi sunt. Feria vi post
bartholomei rex Rudolfus anno regni sui quinto Ottokarum regem bohe-
mie durissimo bello aggressus occidit. Regnavit autem Rudolfus
annis xviii et naturali morte mortuus est post julii quando colitur festum
margarete virginis gloriose. Transibat annus postquam mortuus fuit
rex Rudolfus et sedes imperii vacasset ad unum annum. electus fuit Adolff
comes de Nassow in regem sed ad imperium non ascendit, qui vix fuit
in dies et factis. Sed quia dux austrie Albertus considerans quod iniuria foret sibi
illata a principibus electoribus ideo quod ipse post patrem suum regem Ru-
dolfum non eligebatur sicut hactenus consuetum fuit ut in uno penes

regnum durare Romanum, ut supradictum est, quod prius frequenter regnabant post patres ut alii consanguinei successive, licet hoc in tempore eciam electoris plus fuit de consuetudine quam de iure. Ob hoc opposuit se regi Adolfo congregans magnum exercitum contra ipsum in pugna iuxta Renum. In qua pugna occidit ipsum Adolfum dominum suum anno regni sui sexto. Et ipse pro eo postea regnavit, faciens bonam pacem. Sed quia dominum suum peremit, in quo quidem peccavit, in hoc et punitus, sicut ipse occidit dominum suum proprium, ita ipse anno regni sui decimo in festo sanctorum Philippi et Jacobi ab eo cui fuit dux(?), videlicet a Johanne duce Austrie filio fratris sui turpiter occidebatur. Iustus est enim iudex celestis reddens unicuique secundum opera sua. ¶ Sub rege Adolfo Bonifacius papa octavus scripsit sextum librum decretalium. ¶ Iste est quod Albertus rex ad ... non ascendit(?).

Anno MCCC. Mortuo Alberto rege anno domini MCCCVIII principes electores convenientes in unum Heinricum comitem de Lucelburg laudabilem virum firmum, magnanimum, et dilectum in regem Romanum futurum imperatorem elegerunt, qui anno sexto regni sui Lombardiam intrans in imperatorem ungitur et coronatur. Magnalia facta ibi exercens, quo anno regni sui quinto mortuus est. De cuius morte inequaliter narrant illi qui scripta fecerunt. Dicunt enim aliqui quod post receptionem corporis Christi, quod ipse in festis sollempnibus semper suscepit, venenum calici de quo post sumptum sacramentum bibere debebat, fuit immissum, quod eodem die, videlicet in assumpcione beate virginis, sua communicavit(?) mortuus est. Alii dicunt quod naturali morte vehemencius ingruente mortuus sit. ¶ Istum Heinricum hoc nomine septimum Clemens papa quintus de transgressione iuramenti in septimo decretalium, que ipse condidit, durius reprehendit, unde creditur si diucius vixisset ipsum excommunicasset. Deinde imperium vacavit ad biennium.

Post MCCC... mortuo Heinrico VII imperatore, cum sedes imperii in ... annum vacasset, principes electores in unum congregati duos reges discorditer elegerunt, Fridericum ducem Austrie et Ludowicum ducem Bawarie filium amite sue XII kalendas novembris. ¶ Anno domini MCCCXIIII Fridericus oppidum Ludowici dictum Essling cum exercitu copioso potenter obsedit eo quod Ludowicum pro rege habebat, qui favorem habebat electionis, ... et nichil agendo in vanum recessit. ¶ MCCCXV Fridericus iterum Esselingam civitatem obsedit, quos Ludowicus potenter defendit, cum rege Bohemie

episcopo Treverensi et cum aliis principibus sibi adherentibus. Et tunc facta est pugna circa Esselingam in qua ex utraque parte multi corruerunt. ¶ MCCCXX sexto Fridericus in ... Bawarie in vigilia sancti Michahelis in pugna in qua plures de suis occiduntur captus. Ex utraque autem parte MCCC(?) perierunt. ¶ Tunc autem Fridericus captus per tres annos cum dimidio in vinculis tenebatur. Et Ludowicus solus cum gloria se triumphasset pro rege habebatur. ¶ Fridericus de vinculis postmodum liberatus iterum scripsit se regem, sed paucis annis supervixit, quia fuit intoxicatus et deinde ... obiit. ¶ Eo tempore cum Fridericus adhuc viveret post ipsius captivitatem Johannes papa XXII Ludowicum coram se citavit, volens cognoscere de sua electione, si rite fuisset facta necne. Ludowicus defendens se quod propter inimicicias capitales comparere non posset, cum bis et tercio citatus non compareret, fuit excommunicatus ab eodem papa, manente tunc in Avinione. ¶ MCCCXXVII Ludowicus senciens sibi papam Johannem contrarium, anno regni sui XIII Longobardiam intravit, et in Roma veniens in ecclesia seu templo sancti Petri apostoli per quendam famosum episcopum cum solempnitatibus Romanis in imperatorem consecratus est. ¶ Ex quo predictus papa Johannes manens in Avinione noluit venire Romam, ideo Ludowicus imperator factus, licet hoc factum fuit contra voluntatem pape, cum consensu et iussu Romanorum quendam ex ordine fratrum minorum papam novum erexit quem Nicholaum vocavit. Qui papa per aliquod tempus omnia iura papalia exercuit, episcopos statuendo, excommunicando, absolvendo, literas bullando, Ludowicum imperatorem approbando, absolvendo, et omnia faciendo que competunt iure pape. ¶ Sed ille error per paucos annos duravit, quia cum imperator a partibus Ytalie descenderet, predictus Nicholaus qui gessit se pro papa ad veram fidem rediit, graciam et absolucionem a papa Johanne implorando. ¶ Anno domini MCCCXXX cum papa Johannes per multas aggravaciones contra Ludowicum processisset et totam terram imperialem septem annis sub interdicto posuisset, ipse Ludowicus qui vocavit se imperatorem, tenorem subsequencium literarum domino Ulrico comiti de Wirtenberg tunc suo advocato in partibus Suevie destinabat, precipiendo ut omnem clerum Suevie arceret et cogeret ad divinum publice ... contra processus papales. ¶ Sunt autem tenor literarum quas non solum domino de Wirtenberg sed eciam singulis advocatis suis per totum regnum mittebat talis.

¶ Wir Ludwik von gottes gnaden Romscher keiser, ze allen ziten merer des riches, enbieten dem edeln man Vlrich grauen ze Wirtenberg, unserm lieben lantfogt unser hulde, und alles

gůt. Wir wellen unde gebieten dir vesteclich bi unsren hulden
daz du dich aller pfaffen gůt, si sien geistlich oder weltlich, die in
der lantfogtîe ze Swaben der obern und der nidern gesessen sint
und uns nit gehorsam wellent sin mit singend und mit andren
sachen, underwindest, und underziehest, swa daz gelegen si in steten
oder uf dem lande, und habe daz inne, und nütz es als lange
untz si uns gehorsam werden. Und wellen und gebieten allen
stetten in der vorgenanten lantvogtîe ze obren und ze nidren
Swaben, und andren, swie die genant sien, edlen und unede-
len, daz si dich dar an nit irren, besunder daz si dir beholfen sien
und furdren swa du des bedurfest, daz dir daz vorgenant gůt
werde, dan alle irrung. Ze urkünde dis briefes, der gegeben
ist ze Mülnhusen des samstages nach unser frowen tag
als si ze himel enpfangen ware, do man zalt von Cristes
geburt drüzehen hundert iar, dar nach in dem drissigosten
iar, in dem sehszehenden iar unsers riches, und in dem dritten
iar unsers kaiserstůms. ¶ Cum tenor predicte littere venisset ad pre-
sentiam comitis de Wirtenberg advocati fuerunt generale, et tenor
positis ad alios advocatos et ad civitates imperiales, clerici dumtaxat reli-
giosi et seculares qui celebrabant, tribulabantur, rebus suis spoliabantur et tot
et tantas plurimas confusiones et persecutiones in locis imperialibus sustine-
bant, quod fere totus clerus tam in diocesibus quam et in locis aliis divina
officia publice celebrabat contra processus papales. Sed et de hoc fratres
minores pre ceteris ordinibus multum turbabantur. ¶ Secunda tum religiosi et
seculares decepti in suo sensu dicentes se mandata pape servasse quod
tamen deinde sicut ceteri absolvebantur cum generalis absolucio fuerit eis
commissa. ¶ In eodem tempore clerus religiosus et secularis multum despectus a lai-
cis habebatur. ¶ Tercio et duo iudei diocesis Constanciensis residentes quam clerici
habebantur. Unde in civitate Uberlinge cum clerici xii annis servassent
processus papales et divina nollent publice cantare, ex iussu civium et
advocatorum preco publice proclamabat sub pena quinque librarum nequis
aliquem sacerdotem nolentem cantare hospitaretur. Et finita tali proclamatio-
ne, denuo proclamabat sub pena quinque librarum, ne quis aliquem iudeum dei-
ut fas molestaret. Ecce quale advenit o Christe ad libitum! Deinde post
annum domini M°CCC°XL° Ludwicus sepefactus abstulit uxorem legitimam

filio Iohannis regis Boemie duci Karinthie, que impetit ex plebis
...et dedit ipsam filio suo Marchioni de Brandenburg, quod fece-
rat de causa ut ducatum Karinthie et comitatum de Tirole, qui iure
hereditario spectare debent ad dominum eum presertim inter filias
olim ducis Karinthie mulier legitima, ad filium suum marchionem
presertim, et ad suos heredes in perpetuum perveniret. ¶ Cum autem quidam
Ludwicus prenderbat auferendo uxorem sepefacto filio regis Bo-
hemie hec fuit quod dixit ipsum fore impotentem. Et erat fama
volabat per totam terram, et credebatur fuisse verum, quod hanc ipsa uxor fu- feisse
isse testabatur. ¶ Et quod ipse Ludwicus non debuisset hec sine consen-
su pape vel episcoporum, nec plus per illos duorum vel unius preliberatum
fuisset celebratum. ¶ Ob istam causam Iohannes rex Boemie et filius
suus Karolus tunc Marchio de Marhavie cum totis suis amicis ipsorum
separatorum ab Ludwico et filiis suis suscipiebant bella diutissima
moverunt, propter que bella sicut olim propter rapinam Helene tota Bawaria et
tota Karinthia plurimis incendiis, spoliis et exiliis premebantur. ¶ Cetera
presertim dominus Burkardus quis hanc ... composuit ubi ... et
et alii ... quod sufficienter patet in textu.
Hinc alium librum. Abbreviate autem prologum sexti libri et patet sufficienter
in textu. ¶ Cursus materie. In hoc sexto libro autor resumit materiam
regum Romanorum super premissa incidencia ... premissa dicens
quod tricesimo anno Ludwicus prenominatus moritur, papa Clemens sextus
mandavit principibus electoribus ut alium regem eligerent quem ipse con-
firmaret, eo quod Ludwicus fuerat depositus per ipsum. Quorum pars
sanior et ut patet in textu elegit Karolum filium regis Boemie
fratrem Iohannis cui mulier per ipsum Ludwicum fuerat ablata ut regnaret
pro ipso Ludwico. ¶ Fuit autem papa Clemens ad faciendum predicta in-
ductus ex historiis veteris testamenti in quibus sufficienter exprimitur
quod reprobato rege inobediente, rex alius obediens loco statuitur, 10
quamvis adhuc rex reprobatus vivat. Unde legitur primo regum libro xv ca.
quod dixit Samuel propheta ad regem Saul: Me misit dominus ut ungerem
te regem super populum eius Israel. Nunc ergo audi vocem domini. Et percute Amalech
et demolire universa eius, non parcas ei, sed interfice a viro usque ad
mulierem et parvulum usque ad lactentem, bovem et ovem, camelum et asinum.

Precepit itaque populo, et collegit quasi agnos in uno ducenta milia peditu-
um, et decem milia virorum iuda. Cumque venisset saul ad civitatem amalech
tetendit insidias. Percussit quoque saul amalech a loco evila, donec ad-
venias sur que est contra egyptum, et apprehendit agag regem
ptc amalech vivum, omne autem vulgus interfecit in ore gladii. Et pepercit
saul et populus agag, et optimis gregibus ovium et armentorum, et vestibus et
arietibus, et universis que pulchra erant, nec voluit disperdere ea, quicquid vero
vile fuit et reprobum hoc demolitum sunt. Factum est autem verbum domini ad samu-
elem dicens: Penitet me quod constituerim saul regem, quia dereliquit me et verba
mea opere non complevit. Vade dic ad saul: Quare non audisti vocem
ut interficeres amalech ad internitionem, fecisti malum in oculis domini. Tulit
autem populus de preda oves et boves ut immolaret domino. Et ait samuel:
melior est obedientia quam victime. Pro eo quod abiecisti sermonem domini, abiecit
te dominus ne sis rex super israel. Et occidit samuel agag regem amalech
et in frusta concidit eum. Et sequitur ibidem capitulo xvi°. Et dixit dominus ad samuel:
Imple cornu tuum oleo, et veni ut mittam te ad ysai bethleemitem, provi-
di enim in filiis eius mihi regem, sed ne respicias ad staturam alicuius seu magni-
tudinem. Venit ergo samuel in bethlehem in domum ysai qui alio nomine dice-
batur yesse, dicens ei ut adduceret filios suos quia esset uncturus unum ex ipsis
in regem. Adduxit ergo ysai vii filios incipiendo a seniore. Sed ex illis septem
samuel nullum unxit. Dixit autem samuel ad ysai: Nunquid completi sunt omnes
filii? Qui respondit: Adhuc est parvulus, et pascit oves. Et ait samuel ad ysai:
Adduc eum. Erat autem rufus et pulcher aspectu decoraque facie. Et ait dominus
ad samuelem: Surge et unge eum, ipse enim est rex. Tulit ergo samuel lenticulam
olei et unxit david in medio fratrum. Et directus est spiritus domini in david a die
illa et deinceps. Sed cum adhuc per aliquot annos vixit saul persequens david,
quia tamen nequivit resistere voluntati divine. Sic et vult papa quod aliter
bavarus clerus contra ludowicum eo invicte ex ordinatione divina sit
regnaturus in populo romano tempore suo perfecto. ¶ Hinc achab et iesabel
introducit papa clemens in suo sermone, et ex consequenti etiam in littera una
aliam historiam de rege reprobato, et alio substituto. Et hec historia originaliter
recitatur in libris regum iii° et iiii°. Scribitur enim iii regum capitulo xix quod achab
rex turpis fuit et malivolus et uxor eius iesabel adhuc turpior quia occi-
derunt prophetas domini, sed et spiritu perpetua ipsorum helias propheta oravit dominum et non
pluit super terram annos tres et menses sex, fugiens a facie ipsorum et manebat in
una spelunca quadam deserti. Persequitur autem iesabel ut quendam nomine naboth iust-
um et rectum cum nollet vineam suam dare seu vendere achab regi que erat in

rabat in iesrahel per falsos testes accusaret et lapidaret. Quod factum
deus impunitum dimittere noluit. Et ait dominus ad heliam: Vade et revertere
in viam tuam per desertum in damascum. Cumque perveneris illuc, unges azahel
regem super siriam. Et ieu filium namsi unges regem super israel. heliseum autem
filium saphat unges prophetam. Et erit quicumque fugerit gladium azahel occi-
det eum ieu, et qui effugerit gladium ieu interficiet eum heliseus. Hiis
actis sequitur ibidem capitulo xxii quod dormivit achab cum patribus suis, et regna-
vit ochosias filius eius pro eo, qui iuxta dictum helie in brevi mortuus est quia
adorabat ydola ut pater suus. Post ochosiam regnavit iora frater eius qui
fuit nequam ut pater suus achab. Et sequitur iiii regum capitulo ix° quod iora pugnabat
in ramoth galaad contra regem sirie, et vulneratus ab eis fuit, ipse rever-
tebatur in iesrahel ut curaretur ubi et habitabat mater sua iesabel sed de-
liquit exercitum suum in ramoth. Et surgit quoque heliseus propheta vocavit unum
de filiis prophetarum dicens illi: Accinge lumbos tuos, et tolle lenticulam olei
hanc in manu tua, et vade in ramoth galaad. Cumque veneris illuc videbis
ieu filium iosaphat filii namsi, et ingressus suscitabis eum de medio fra-
trum suorum, et introduces in interius cubiculum, fundensque super caput eius lenticu-
lam olei et dices: Hec dicit dominus: Unxi te regem super israel. Aperiesque ostium
et fugies. Qui fecit sic. Et dixit ad ieu: Percuties domum achab domini tui ut ul-
ciscar sanguinem prophetarum de manu iesabel quam canes comedent in agro iesrahel.
Et ut breviter concludam, ieu occidit ioram et regnavit pro eo iuxta dicta
prophetarum helie et helisei. Et iussit precipitari iesabel de turri quam fere
linxerunt canes iesrahel sanguinem iesabel iuxta dictum prophete. Insuper
iussit ut lxx filii achab fratres ioram ex precepto suo occiderentur
quia dominus super unum lapidem iterum positi sunt et capita ipsorum de-
portata sunt ad ieu regem israel. Per ieu intelligit karolum regem,
per heliseum papa clemens sextus, per achab ludowicus de bavaria et cetera.
¶ Principibus. Sequitur autem quod aliis principibus qui non elegerunt karolum
displicuit ipsius electio in regem. Hii autem principes fuerunt archiepiscopus mo-
guntinensis, palatinus reni, marchio de brandenburg, et unus dux
saxonie. Duo enim tunc fuerunt duces saxonie quorum uterque asserebat
se fore electorem regis. Sed quod archiepiscopus maguntinus et marchio brande-
burgensis tunc fuerunt excommunicati ex eo quod adherebant ludowico de bavaria

idcirco eo minus curabat ipsorum electionem ... quia ipsi ludowico dudum iu-
stior videbatur nimium electio Karoli in regem romanorum. Et spernebat ipsum
Karolum eo modo sicut Saul sprevit olim David. Contra ipsum electum ipse
autem Karolum dum bella movebat ~~movebit~~ ipsi ludowico dum adhuc
viveret et insuper filius ipsius ludowici. ¶ Cum Karolus precepit mortem
ludowici processit potenter quod deinceps non fuerunt resistencie sed filii lud-
wici Karolo viriliter restiterunt. ¶ Sed dum utrique. Cum clemens papa
sextus hoc novit fuisset multum graciosus domino Karolo dedit ipsi gracio-
sissimas literas in quibus absolvit omnes volentes sequi Karolum pro rege qui
prius erant excommunicati xxiiii annis ex eo quod supradictum ludowicum habe-
bant pro rege immo eciam pro imperatore romano. Et ab hac sententia tam
dum quam eciam civitates dimisit eundem Karolum pro rege recipiunt ro-
mano, se sibi tamquam vero regi romanorum iuramento astringentes. Hec
tamen absolucionis forma quosdam quodam venenum includit quod dimissa autem
autem in litera quod papa clemens pro excommunicationes finales et absolutiones contra
contra ipsius quondam lud. filios processit ut infra plenius patebit. ¶
Singula processus. Omnia que fecit clemens papa pro Karolo contra lud.
et filios suos videbantur sibi fore bona. Videbatur enim sibi quod similis
foret samueli et aliis prophetis qui adhuc viventibus regibus reg-
nantibus alios in suos reges eligebant ut supra patuit evidenter. Et sic
dubium est quis vel qualis finis sit secuturus. Cum sepe viderimus papales
suasse fructus, ut patet illis qui sperabant historias et alias croni-
cas diversas processus movebant. ¶ Forma et modus. Hec absolucionis
... quod per ceteris archiepiscopis et episcopis hec absolucionis a domino papa
clemente sexto sub bulla domino fried. episcopo babenbergensi ...
committebantur qui sub anno domini m ccc xlviii in festo purifi-
cacionis sancte marie cum supradicto Karolo rege veniens in bambergam
civitatem ... absolvendo ... et omnia in aliis locis
suos circa ... clericos seculares et religiosos et plebem utriusque
sexus venientes ... seu mulieres cuiuscumque status seu con-
dicionis fuissent. ¶ Illis autem qui absolvebantur dabatur forma iuramenti
ad sancta dei ewangelia sumpta ex bulla papali secundum tenorem infra
scriptum. Nec aliquem absolvebant nisi prius per se vel per procuratorem ...

neum sufficienter instructum iurabat omnem tenorem per omnes articulos sibi
implicatos se dolo et fraude semotis penitus servaturum. Sequitur tenor
articulorum quos clerici religiosi et seculares iurabant se servaturos

Ego confiteor me tenuisse et tenere fidem katholicam et credere ac tenere
quod credit tenet et docet sancta mater ecclesia et credidisse. Et adhuc fir-
miter credo quod non spectat ad imperatorem papam seu summum pontificem deponere
et alium eligere, sed hoc hereticum reputo et heresim dampnatam per ecclesiam pro-
testor. Insuper ad sancta dei ewangelia iuro quod stabo et parebo mandatis
domini nostri clementis pape divina providencia pape sexti et ecclesie ro-
mane super illatis iniuriis contumaciis et rebellionibus fautoriis et
aliis implicite et explicite per me commissis confessatis et non confessa-
tis, ac ceteris penis quas incurri ab homine vel a iure propter premissa
vel ea tangencia. Et quod eidem domino pape eiusque successoribus canoni-
ce intrantibus fidelis ero de cetero eisque debitam reverenciam et obedi-
enciam exhibebo. Domino predicto Karolo regi romanorum tamquam regi
romanorum per eandem ecclesiam approbato obediam et parebo. Et re-
licte et filiis quondam ludowici quamdiu in rebellione ipsius ecclesie
persistunt et predicto domino Karolo regi non obedierint, ac hereticis
et scismaticis aut eorum sequacibus per predictam ecclesiam denotatis non
adherebo neque favebo. Preterea quibuscumque aliis contra dominum papam
ecclesiam et regem predictos dabo auxilium consilium vel favorem di-
recte vel indirecte publice vel occulte. Neque deinceps ulli
imperatori obediam vel adherebo, nisi ille prius per eandem sedem ap-
probatus. Preterea cum conjuge relicta et filiis dicti ludowici et quibuscumque
aliis in rebellione eiusdem ecclesie existentibus contra ecclesiam predictam
et regem predictum colligacionem conspiracionem factam seu ligam volo
irritam et consencio quod si contingat quod absit imposterum me contra predicta
confessa seu et premissa que incurri sentencias excommunicacionis suspensionis
interdicti privaciones ab homine vel a iure vel eorum aliquas ulterius facere
contra iuramentum per me prestitum veniendo, in predictas sentencias reincidam
ipso facto. Datum avinione iiii kl decembris pontificatus nostri anno
sexto. ¶ Laici legebant tenorem literarum subscriptarum quem iurabant
se sine dolo et fraude firmiter servaturos.

Ich vergihe daz ich gehalten han und noch halte cristenlichen glouben
und daz ich geloube und halt daz diu heilige kilch geloubet und
lert. Ich gelobet ouch und gelobe noch vesterlich daz ainen kai
ser nit anhöret ainen babst ze setzend oder ze entsetzend
wan ich es da für han daz daz wider dem gelouben sie und
ouch wider der heiligen kilchen für ainen ungelouben verteilt
ist. ¶ Dar über swer ich zuo den heiligen ewangelien daz ich
gehorsam sie dem gebot mines heiligen vaters Clementis der
ietze babest ist der schrift und der heiligen kilchen umb die
bruch und umb die widerspän und umb den widersatz
und den gunst und ander sache mine und ouch die ich ge
tan han ich hab in vergehen ald nit vergehen. und umb
die pene da ich in gevallen bin von hern Ludwigs we
gen von Paiern von menschen oder von rehten die ich
getan han wider dem stuol von den sachen oder daz die selben
ij sache antriffet ¶ Und daz ich dem selben babst und sinen
rehten nach komenden bebsten getruwe wil sin fürbaz und
in die ere und die gehorsami bieten wil der ich in schul
iij dig bin ¶ Ich wil ouch minen herren hern Karlen römi
schen küng der von der kilchen bewärt ist undertan und ge
iiij horsam sin ¶ Und wil hussfrowen und der kinde hern Ludewig
als lange si in ungnaden sint der kilchen und des küngs
noch kainen kätzer den ich waiz den diu kilch für ai
v nen kätzer hat. hilf noch rat geben ¶ Ich wil ouch nie
men wider den babst und wider den küng hilf noch rat
vi noch gunst geben haimlich noch offenlich ¶ Ich wil ouch
fürbaz en hainem gehorsam sin als ainem kaiser er sie denn
vij vor bewärt von der heiligen kilchen ¶ Ich wil ouch nit
der vorgenannen frowen hern Ludwigs witwun und siner

kinden die wil si nit dem stuol nit versüenet sint kaine
bekantnüst machen noch kain hilfe ¶ Ez ist ouch mit minem
willen wol tuge ich wider den sachen die ich geswarn han daz
ich denne wider valle in die urtail da ich vor bin inne
gewesen. also bitt ich mir got ze helfend und die heiligen
und die heiligen ewangelium. ¶ Sequitur forma litterarum
absolutionis clericorum

Fridericus dei gratia episcopus Babenbergensis commissarius ad infrascri
pta a sede apostolica deputatus tenore presencium recognoscimus et
patefacimus universis quod nos dilectos in Christo Cunradum de Wengen
incuratum ecclesie in Eucking. Hugonem dictum Spechtzhart
vicarium dictum Spidel et capellanos altarium ~~in Eucking~~ oppidi
Eucking. et Waltherum Weczmann curatorem in Wanewil. Johannem
rectorem ecclesie in Kirchaim et Burch de Groggnich doctorem
puerorum in Eucking. Johannem dictum Glogner subdiaconum cum
ceteris cum suis familiaribus constitutos coram nobis humiliter misericordiam
sepius petentes ab excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque penis et
sentenciis quascumque ab homine vel a iure latas quas meruerunt ra
cione processuum contra quondam dominum Ludovicum de Bawaria suos
que fautores per sedem apostolicam promulgatorum, premissa ipsorum eorum
confessione, receptisque ab eisdem ammonicionibus de parendo manda
tis ecclesie et articulis observandis contentis in commissione a
dicta sede nobis facta secundum formam ecclesie et commissionis
predicte absolvimus ipsosque sic absolutos denunciamus publice in
hiis scriptis. cum ipsis misericorditer super irregularitate contracta
etiam dispensantes iniuncta ipsis pro modo
penitencia salutari. Adicientes iuxta formam commissionis predicte
quod si contra hanc per eos in aliqua fecerint eo effectu ex tunc prout
ex nunc in penas simul relabuntur. Datum in Ulma anno domini m
ccc xl octavo feria tercia ante purificationem beate virginis gloriose.

Sequitur forma literarum absolucionis bauarorum

Fridericus dei gracia episcopus [illegible] commissarius ad infrascripta
a sede apostolica deputatus tenore presencium perpetuo recognoscimus
et protestamur vniuersis quod auctoritate apostolica seruato tenore commissio-
nis a sede predicta desuper nobis facte dilectos in christo magistrum ciuium
[illegible] ac omnes et singulas utriusque sexus personas vniuersi-
tatis in Eisling Constanciensis diocesis huiusmodi infrascriptis peccatis
ab excommunicacionis sentenciis suspensionis et interdicti aliisque penis et sentenciis quibuscumque
a iure uel ab homine prolatis quas incurrerunt et que in eos et in locum
ibidem late sunt racione adhesionis contra quondam Ludowicum de Bawaria se-
que fautores per sedem apostolicam olim promulgatorum premissa ipsorum ab-
solucionis confessione Recepto per ab eis iuramento de parendo
mandatis ecclesie et aliis articulis obseruandis in predicta commissione
contentis secundum formam ecclesie absoluimus ipsosque sic absolutos de-
nunciamus publice in hiis scriptis Iniunctis ipsis obinde penitencia salutari
Interdictum quoque relaxandis in hac parte suas in vniuersitate ac
locum ibidem [illegible] in dictis processibus promulgatas presentibus relaxamus.
Addicientes quod si contra huiusmodi per eos iuratum fecerint eo ipso ex
tunc [illegible] in penas suas relabantur. Datum Vlme anno domini
millesimo ccc xl octauo feria quarta ante purificacionem beate virginis marie.

¶ Nota quadrantes veteris testamenti fuit allud [illegible]
[illegible] fuit [illegible] est in deo
[illegible] fit quadrantes a nobis [illegible] deum fuit [illegible]
Illud vocat dominus [illegible] quadrantes qui
quid quadrat in [illegible] ad fue [illegible]
ad interiora dantur quadrantes seu cui fit quadrantes.
¶ Josephus dicit vita [illegible] videbatur
declinando usque ad moysen in qua tum [illegible]
quod statuit dominus confirmauit [illegible]
[illegible] moyses [illegible] est moyses [illegible]

A° ccc° [illegible]